[illegible] [illegible] precium [illegible] [illegible]

## Prologus in librū de accentibus

Conſiderans ꝙ plerice ſacerdotes ac
clerici in q̄ntitatibꝰ ſillabarū ac ea
rūdem ꝓnūciatione deficientes · ſi
euāgelij ſeu ep̄le aut cuiꝰuis alte
rius materie lectionem pronūciare in publico
aut oportunitas ſuggerit · aut cogit nccītas · ·
ſue ignorancie ꝯſcij velut ituri in preliū incipi
ūt trepidare ac vēture ꝯfuſionis timore pallere
Conſiderans ꝙ̄ ꝙ male ꝓnūciātes a ſibi confuſi
onis cauſā · a irriſoribꝰ materiā ſubſānacionis
accerſiūt · dignū duxi ſubſequētē libellū nouel
lis ſcolaribꝰ imprimere · Vt eo ſtudioſius plec
to nouerint nō minꝰ cohibere irridenciū ora ·
ꝙ̄ ꝓpo ꝓuidere pudori · Tunc videlicet cū nec
abbreuiare ſillabas longas velint nec ꝓlonga
re correptas · Sicut is qui in publico choro tab
nacl̄a penultima ꝓducta pronūciauit cū meri
to debuiſſet contrariū · Quis nō ibi diceret · O
te miſerū clericum · O te ſacerdotem inglorium
Quid legiſti · Si iuuenis eſſes · ſi puer īdoctus ·
eſſ forte tolerāda miſeria · nūc aūt quia vir es
· a ſacer te ordo alcioribꝫ ībutū eſtimauit meri
to ꝯfuſionis rubore laceſſeris · Stude igitur dili
gētiꝰ īgenue iuuenis a ꝑn̄tē libellulū memoria
tene · ne te ſimilis teneat ī grauiore etate ꝯfuſi
oīs labes quam nl̄la poteris vnda detergere

Incipit liber de accentibus

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus corripitur ut trabea · ruphea framea · cauea · coclea · castanea · caprea vnde oracius · Vinea submittit capreas non semper ediles · Item ſpelea nomen grecum est · significans cauernam aut ſpecum · et ſecundum alexandrum producit mediam ſillabam qui ponit illud grecia exemplum Item quidam alius eciam producit in hoc versu Que ſtat ſpelea credit eſſe rea · Excipitur genitiuus in ius · vt vnius · ſolius nullius Alterius tamen corripitur · eo quod duabus ſillabis exſuperat nominatiuum Alius in neutro corripitur · ſed in genitiuo producitur · vt alius Item a regula generali excipitur genitiuus et datiuus nominis quinte declinacionis in ei deſinens · vocali precedente ei · vt ſpeciei · aciei · diei · progeniei Si autem habeat conſonantem ante ei manet ſub regula · corripiendo ei · vt fidei · plebei · Excipitur a regula · nomen proprium terminatum in aus · ut menelaus nycolaus archelaus Item proprium nomen in eus · vt matheus · helizeus · mardocheus · Item deriuatiuum a propriis nominibus hominum · ciuitatum · uel regionum · vel eciam ab aliis ſubſtantiuis veniens · vt iubileus ſcrabeus · ſcarabeus · ypogeus · tubeaneus · gygateus · Exemplum aliorum · vt iudeus · hebreus · gemineus · pharizeus · galileus · eueus · etheus yebuſeus · baſileus · que omnia producunt vo

lem ante vocalem. Sed noīa poſſeſſiuā. ut au
reus lapideus. eneus. ligneus et primitiua ut
clipeus. alueus. puteus. nucleus. pilleus. ma
nent ſub regula. corripiendo eus. ¶ Item ex
cipiatur a regula nomen terminatum in eum
ut tropheum. theloneum. canopeum. mauſo
leum. vnde Quando canopea lego. mauſolea
trophea. Et thelonea fore nomina teſtor athea
.i. greca Itē alij verſus Qui mauſoleum ꝓnū
ciat. aut canopeum. ¶ Sicut iudeum pherezeū
vel iebuſeum Atqꝫ philiſteum ſpondeum. ſiue
tropheum. Phebeum necnon gergeſeū. chana
neū. Ac amorreū. cetheum. vel pharizeum. Si
cut achilleū. nō reor eſſe reum Itē noīa ꝓpa
mulierū ac ciuitatum et regionū. in ea deſinen
cia ꝓducunt. ut medea cytherea. galathea. bore
a. nicea baſilea. ydumea galilea yturea. Tn̄
ceſarea. grece ceſarea heraclea. ytarea. corripi
ūtur Itē galathea medea chorea platea produ
cūt vocalē an̄ vocalem. licet aliquociens ipām
corripiāt vnū v. alexādri Ut placet ē platea dic
platea ſiue platea. Itē nomē ꝓpū ī eas ꝓduci
t. ut eneas andreas egeas phileas micheas et
hꝰmodi noīa hn̄t duplicē ee ī gtīo et penultiā
ꝓducūt ut philee. etc̄ Itē nomē maſculini ge
neris. in ias vel in ia. ſiliter ꝓducit ut mathi
as. yſamias ananias zacharias yſayas ihereī
as abya. Sꝫ fēi gn̄s ſolet corripi. ut ſaphiria.
ſamaria. eufraſia menechias. demetrias. hero

dias·laurencias·vnde alexander· Interdū per
ias hec patronoīaca formas· Vbi y breuiat̄ et
corripit̄ ¶ Item nomen ꝓprium in ius corripi
tur· vt lucius·aureliꝰ·Cornelius·claudiꝰ ·tul
lius·De ꝓprijs nominibus in ia feminini generis
talis est regula secundum ista metra· Nomīa si
fuerint mulieris ꝓtrahis ia·Si trisillaba sint·
vel pētasillaba tantum Anastasia sic dices atq̧
maria ¶· Corripiatur ia si thetrasillaba fiant
Sicut cecilia·sic dices eufemia cꝫ · Vsus tamē
multoꝝ contrariꝰ inuenit̄·corripiēdo pēthasil
laba·iuxta regulā sequētem·vt anastasia·pro
ducēdo tetrasillaba ut athalia iechelia·secūdū
māmetractum· quarto regum octauo et vndeci
mo et secūdo palipominō vicesimo secundo sꝫ
non in omibus tetrasillabis· et ideo in talibus
seruet̄ vsꝰ loci uel ecc̄lie· Versꝰ Non eris illusꝰ
si dicis qd tenꝫ vsꝰ· Itē regula· Noīa ꝓpria i
ia desinēcia·si descēdant a masculino i ius cor
ripiūt̄ vt a claudiꝰ·claudia a Juliꝰ Julia·
Ex isto eciaꝫ diceret̄·anastasia·theodosia·penl
tīa breuis q2 habꝫ masculinꝫ anastasiꝰ·theodo
siꝰ·A quibꝰ excipit̄ lucia·qd sēp ꝓducit̄·licet
veniat a masculīo in ius vt luciꝰ·Excipiunt̄ a
regl̄a ꝓpria nomina ex appellatīs sūpta quot
quot fuerit sillabaꝝ que sp corripiūt ia·vt sa
piēcia·arabia·casia·¶ Itē ꝓpa nomina loco
rum uel regionum in ia terminata corripiunt̄
licet eciā grece penultima acuat̄·vt lidia·siria

bardia ſecundum Cath l' vſu producūtur. Acu
untur tñ vl' ḡuātur ſecundum qđ vſ9 loci fue
rit vt infra De grecis et peregrinis vel barba
ris in ia deſinentibus hec ſit regula verſus. Bar
baricis grecis ſemp producitur ia Aſt breuis ī
nōſtris ut controuerſia monſtrat Eodem mo
do quedam vſualia latina ꝓducūt ia more gre
coꝝ cum tñ ſit breuis ut lumbardia papia vn
p' ſia garia romania. tartaria rectoria cancellaria.
primicia lectoria barbaria. ſcolaria. infirmari
a. hoſpitalaria ſutoria prioria ⁊ ſimilia que in
vulgari ſonum habent productum In q̄bus
per greciſmum videmur imitari greca que ꝓ
ducuntur ut comedia tragedia elegia abbaci
a theologia. omelia letania. agonia armonia.
melodia. prophecia. mechia ſycomachia premi
a. theoria. apoſtaſia epyphania ſymphonia et ſili
a. Et compoſita a logos ſophos. archos. et go
gos. vt ethimologia. tropologia. apologia ſo
phia. philoſophia. ierarchia anagogia ⁊ ſilia
que producuntur. ¶ Item cinomia. alexādri
a. antiochia. campania. elegia. caſtrimergia
cenodoxia. zelotipia. ydolatria. yperdulia phi
largia āgaria. euſebia. hiſtoria comedia. tra
gedia. neomenia. encenia. et ſilia. que corripi
untur. Item Scenoplegia ſecundum hugu
cionem ⁊ brachilogū. indifferenter ponit ſecū
dum grecū ⁊ latinum accentum. ꝙ pt grecū ꝓ
ducit ia ⁊ qz redactum ē ad latinā declinacōez

corripit · iā · Vſus tam̄ corripit ia ꝓpter latinā declinacionem · et ſecūdum latinum accentum ¶ Item ſi a nomine adiectiuo · terminato in x deſcendat abſtractum in ia · tunc ia · corripitur vt fallax fallacia · audax · audacia · contumax · contumacia · ¶ Item ꝓpria nomina finita in ee · uel ei · ꝑdunt penultimam · et ſi in fine vſus venerint · acuūt vltimā vt bethſabee · berſabee zebee · oſee · phacee · ſemei ¶ Reliqua noīa ꝓpa hominū et locorum ꝛc̄ in vocalem poſt vocalem deſinencia · breuiant penultimam · et acuunt vltimam ſillabam vt ioſue · gelboe · ſyloe ſaraẏ · yſay · abyſay · ſynay · adonay · ethay · yeſay · vagac · abyud · elyud · ꝛc̄

Ante b. breuiatur ut arcaba silla ba cantabrum. lycabas. carsabus agabus cacabus et similia. Obliqui tamen in abus producuntur ut dominabus. animabus. Candelabrum dolabrum ventilabrum vsus corripiunt penultimam ¶ Verba in abam et in abo in abar et in abor producuntur. ut a mabam abo. Jocundabar iociundabor. Excipitur circundabo. venundabo pessundabo que corri piunt abam et abo abar et abor ¶ Composita a labor eris. et tabeo tabes et faber producun tur ut dilabor illabor. dilabi illabi. contabeo. contabes. extabeo extabes aurifaber lignifa ber. antifaber archifaber vnde versus ¶ Hinc archifaber. fabrorum summus habetur. ibi producit fa.

Ante c. breuiatur. ut rapsaces. alacer. salmacis. atracus psitacus. formacus. monachus. Similiter nomina virorum ut climacus symachus. Cyriacus quiriacus mul torum tamen producit vsus acus in duobus preceden tibus nominibus. dicendo cyriacus quiriacus. Sed propria nomina barbarorum producuntur. ut gherlacus didacus hiacus In propriis nomini bus vsus loci et ecclesie seruetur Excipit alexander a regula cloaca et opacus a um que producun tur Similiter et pastinacha meracus a um Et no mina ciuitatum in acus vel in acum. ut belua cus. thornacus. beluacum. iuliacum. dordracum

camerac͞u. Iſtis ſociat᷑ gtūs in acis ut ſagax ſagacis fornacis. aiacis. phẏacis albacis colacis. candacis Itē cōpoſita ab aceo es. placeo es. iaceo es breuiantur ut coaceo es. cōplacet adiacet. Sed placo as. ⁊ bachor aris. in cōpoſitis ꝓducūt᷑ ut cōplaco replaco debachor.

A an̄ d breuiat᷑. ut pliades eneades hiades ebdomada ellada. retrogradus Excipit᷑ cicada ſiliter ⁊ ꝓpria noīa ut cōrad᷒ bartradis. galgadra muldrada et huiuſmodi que producuntur ¶ Similiter verbum in do. ut rado trado. vado is. ⁊ ſuadeo. in cōpoſitis producūtur ut abrat it cōtradit inuadit. euadit. diſſuadet. perſuadet. Aliqui corripiunt vado as. ſed Hugucio producit ¶ Item eadem ī ntīo corripit penultimam ſed in ablatiuo ꝓducit vn̄ verſus In reliquis eadem facit ablatiuus eadem.

A an̄ f. breuiat᷑. ut colaſus pegaſus artaſus apaſus Excipit᷑ venafra qd ꝓducit᷑

A an̄ g ꝓducit᷑ ī tcia decliaciōe ut cartago cartilago abages opages idago ꝓpago ymago Sȝ noīa ꝑme ⁊ ſcde decliacōis breuiāt᷑ ut cyrag̃ podag̃. onager. naufrāg᷒. ſarcofag᷒ girouag᷒. Excipit᷑. ariopag᷒. pſag᷒. ⁊ ſuffragor q̄ ꝓducūt᷑ Abdenago breuiat᷑ Cōpoſita ab ago is. ⁊ agro as ⁊ vagor aris breuiāt᷑ ut ſatago idago pagro euagor diuagor A an̄ l corripit᷑ ut galgala bubal᷒ ptal᷒ tātal᷒ teſſal᷒ vo eſt

falꝰ·ẏpalis·gaualis·aſtalon·abſalon·magda
lum·amigdalum·anatrocalus ¶ Rectus in·
alis et ī ale ꝓducitur·eciā ſi deriuet̃·ut auſtra
lis·extalis·curial'·papal'·ſacerdotal'·vectiga
lis·doctrinale gradale· ¶ Femiuus neutri ge
neris in alis eciā ꝓducitur·vt ceruical·cerui
calis·animal·animalis·Sʒ gtūs maſculini ge
neris corripit̃ vt hambal·hambalis·aſtrubal·
aſtrubalis·¶ Compoſitā ab alo is·aleo·es·et
caleo·es corripiunt̃·vt coalo coalis·recaleo·
recales·coaleo coales·incaleo incales· Sʒ alo
alas cū conpoſitis ꝓducit̃·vt exalo exalat

A ante m breuiatur·maſculinū·femininū
et eciā neutrū ſecunde declinacionis vt
ythamar adamas·piramis·ſemiramis
bigamus·thalamus· In neutro vero tercie de
clinacōnis a añ m ꝓducit̃ vt ſolamen·iuuamē
ſpiramen·thymiama·Similiter clamo et famo
in ɔpoſitis ꝓducūt̃·ut reclamo·ꝓclamo·īfamo
diffamo·ſed amo ī ɔpoſitis breuiat̃·vt adamo
redamo·¶ Item in verbis amus·ꝓducitur·
vt amamus·doceamus·legamus ꝛc ¶ Sʒ cir
tundo·peſſundo·venundo·corripiunt amus·
vt circūdamus·venūdamus· Tamē ſi b prece
dit amus ꝓducit̃ vt circūdabamus ꝛc
A ante n ſi primatiua ſunt·breuiant̃ vt·
helcana·lagana·ſecana·abana·ſalmana·ama
na·bragmana·clibanus·occeanus·raphanus

priſſanas galbanum· origanum organum · ty
panum· ¶ Sed ſi deriuatiua ſunt producuntur
ut hiſpanus· romanus paganus· humanus ·
monſpeſſulanus· eſt ciuitas quedaꝫ ſ· mompe
lier· montanus· ſamaritanus· lupanar Et ſi
J precedit a eciam producuntur· ut dyana·
iuliana mariana· machianum· medianum me
ridianus· gordianus Similiter obliqui nomi
num tercie declinacionis· ut tytan tytanis· in
anis· ¶ Propria nomina ſecunde uel tercie de
clinacionis ut frequencius producũtur· ut vr
banus· g̃cianus· valentinianus· iulianus· ala
nus· vulcanus· balanus· ſebaſtianꝰ· iordanꝰ
epyphanus· michanor· iordanis· garganus ·
indifferenter· Unde verſus· Garganus mõs
eſt· ſed garganus incola montis· ¶ Sed hec
nomina ſtephanus· rabanus· dardanus· ſiba
nus ſilr̃ et rodanus· corripiuntur· Unde ver
ſus· Rodanumq; morantem· vnde in vita
iude ſcariothis habet· In rodanum iacuitq;
diu ſub fluminis vnda· Item pellicanus in
differẽter ponitur Unde verſus Pellicanus p̃
mo· diſperſit ſanguine natos· ¶ Item alij vſꝰ
Ut pellicanus fit meis ſanguĩe ſanus Sic nos
ſanati· ſumus oẽs ſanguĩe nati· i· filij ſcilicet
dei In p̃mo vſu ſcd̃ꝫ britonẽ corripit̃ · et i ſcd̃o
ſcd̃m hugucionẽ producit̃· Et ideo ſeruet vſus
eccẽ· Silr̃ typſana· et ptiſana indiffẽt ponitur
ſed vſus et mlt̃i autores volũt q̄ debeat corripi

et mañere ſub hāc regula alexādri ſcꝫ a ſup n
breuies · vt clibanꝰ · libanus · et in ſequentibus
non excipit nomē ptiſana · ergo breuiandū eſt
Idē alexāder · Lōga fit i ſup s ſed deme miſer
q̄ diſertꝰ Wns ptiſanā iūgas ↄ ↄpoſitiā notab
¶ Hoc idem ſentit · hugucio · papias · et · macer
Verſus · Dicēdum ptiſana cum tradunt dogta
ſana · Dic ere ptiſana · non eſt niſi fabula vana
Doctor hugucio · macer · oraciꝰ · atq̄ pappas ·
Wn ptiſanā ſcribi voluerunt atq̄ ſonari Idem
videt̄ dicēduꝫ de tipſana cum eedē lrē in media
ſillaba manēt · ↄ ī prima ſillaba ſoluꝫ lrē trāſpo
nunt̄ ¶ Item ↄpoſita eciā ꝓducunt̄ vt inſanꝰ
veſanus · ſuburbanus ¶ Item verba in ano de
ſinēcia · in ↄpoſitis ꝓducunt̄ · vt plano · ↄplano
ſano · maleſanꝰ · mano · emano · Sꝫ maneo cuꝫ
ſuis ↄpoſitis breuiat̄ · vt ↄmanet · remanet · Cē
timanus ſicut manus breuiatur

Hante · p · breuiat̄ · alapa · agapē · gauſapē
colaphus · alaphus · arthaphus · ortho
graphus · hiſtoriographus · Excipitur
meſſapus · priapꝰ · ſynapis · Verſus · Eſt ruber
ortorū deus et tutela priapus ¶ Item verſus ·
diālis Eſt mēbrum priapꝰ · orti deꝰ eſto priapꝰ
¶ Item Seuit homo granum ſubtile ſynapis ī
agro · Alius Allea pectoribus proſunt · capitiq̄
ſynāpis ·
Hāte · q · breuiat̄ vt adaquo · cānaquil Sꝫ

ↄpoſita producūtur. ut vſquequaq; neq̄quaꝫ
vtraq; pleraq; Cauſa metri tn̄ interdum breui
antur in nominatiō acciō ⁊ vtiō. ſed nunq̄ꝫ in
proſa vꝰ. In metris vtraq; vult proſa ſemp v
traq;. Sed q2 aliquorum opinio aduerſatur q̄
volunt ut propter diſtinctionē caſuum. tn̄ in
ablatiuo producat̄ ideo vſus loci ſeruādus eſt
Itaq; corripit penultimam.

A an̄ r. in primitiuis breuiatur ut pacara
carō cara ſyſara araris caparis. dama
ris. geraris. acharis. accaron. euca
ris. cyllarus. cantarus. tartarus. barbarus ⁊
iſmarus. lazarus. eleazarꝰ abagarus ſed ricti
ouarus. producitur ut launomarꝰ. ⁊ vulma
rus et andomarus. Sed ⁊ deriuatiua producū
tur ut altare. pupillaris. ſcapulare. auarus.
amarus popularis. vulgaris. Similiter geni
tiuus in deriuaciōe producitur. ut ſotularis.
calcaris laquearis. puluinaris torcularis Itē
gtūs pluralis prime declinacōis. ſimiliter p
ducitur ut muſarum. graciarum. eccleſiarum
⁊c. Et iſta duo nomina ſ. tyara et zeduara.
Item gtūs primitiui et propriorum noīm tcīe
declinacionis breuiat̄ ut bacharis bararis nec
taris iubaris. ſuparis comparis. imparis. ce
ſaris. aſparis et boſtaris imo ꝯm̄ter. ſꝫ ſb̄ dr̄ā vꝰ.
Cū boſtar p̄ſepe notat. producitur aris. Cum
ꝓp̄um nomē tūc breuiatur aris. vꝰ. In boſta
re boues boſtaris eſſe ſolent Item verba iſta

ſcꝫ areo es· pareo es· clareo es· et claro as· in compoſitis ꝓducunt· vt mares· exaret· cōparet· apparet· declarat· Sed aro· paro a careo in cōpoſitis breuiant· ut exaro· preparo ¶ Item are et aris ꝓducit in verbis ut amaris· re· loqris· loquare ¶ Excipiunt cōpoſita a vbo do das ut circūdaris· peſſūdaris· venūdaris que breuiāt aris et are

A ante s breuiat in ꝑmitiuis· ut extaſis· parraſis· emphaſis· carbaſus· caucaſ9 damaſus· amaſus· ſa· ephraſis· antifraſis· Excipitur agaſo· omaſus· pernaſus· vna dictio ē montē ſignificans que ꝓducūt· Siliter deriuatiua· et preterita vborum et ſupina habēcia a an s· vt abraſi· abraſū· perſuaſū· ſor· inuaſi· īuaſū inuaſor· et ſilia·

A ante· t· breuiat in primitiis· ut effrata· ephrata· galatas· ionatas· calat9 ciat9 ſabbatū· ātrebatū· ydolatra· agata· baratrū· maratruꝫ· aratrū· theatrū· āphitheatrum· ¶ Deriuatiua ſiue mobilia in atuꝫ ſiue in atus deſinēcia ꝓducunt· ut peccatū· palatū· ſenatus· legat9· doctoriſatus īperatus· loricatus zelatus· ḡnatū· penates· lapates· Sed apoſtata a viniſator· ſicut et eoꝝ ſimplicia breuiantur· ¶ Similiter· propria nomina· in ates· ꝓducūt ut achates· eufrates· lapates· mitridates pha

rates. Vsus. Tigris et eufrates vno se fonte resoluunt ¶ Item hic mitridates rex ponti ſe pe pbauit. Sed iſta noīa ſcȝ ſocrates. antiphates. medates. et ypocrates. aghates. corripiuntur. quibus iungit̃ hoc appellatm̃ ſcenobates ¶ Itē ppria nomina in atus pducunt̃ vt pylatus. nychoſtratus. philoſtratus. ſoſtratus. theodatus. adeodatus. Sparciata vero eciam pducitur. quãuis aliqui corripiant. ¶ Item. genitiuꝰ neutri generis breuiat atis ut epatis ſcematis. ſtigmatis. thematis. domatis. dogmatis. In reliquis ſcȝ maſculini et feminini. pducitur atis. ut abbas. abbatis. mecenatis. capenatis. bonitatis. humanitatis. fragilitatis. &c ¶ Item omnia aduerbia in atim pducunt̃ ut certatim. paulatim. ſingillatī &c. Excipit̃ affatim. quod breuiat̃ ¶ Latro. as. et nato. as. in compoſitis breuiant̃. vt allatro. delatro. oblatro. ſublatro. denato. cōnato. annato. ¶ Itē compoſita a pater eciaȝ breuiant̃. ut cōpater. ſimili modo antipater. corripit̃ et compati Itē verba in atur. et atis. et ſupīna in atum. et participia in atus a. atum ſeu poſſeſſiua in atꝰ et nomina v̄balia in ator vel in atrix pducunt̃ vt amatis amatur. ſtudeatis. ſedeatis. ſcribat̃ legatur. amatum. attenuatum. formatus. cratus. auratꝰ. purpuratꝰ. laureatꝰ. creator dominator. ſaluatrix. amatrix. cecatrix. Cicatrix ſecundū quoſdā manȝ ſb regl̃a corripiēdo

a ante trix q̃ autor non excipit. et q̃ nõ eſt
proprie verbale ¶ In metris autem pẽmĩ p̃t idrñ
ter propter mutam et liquidam ſequentes Ali
qui tamen volunt q̃ debeat vbiq; produci
quod tenet vſus multorum ¶ Compoſita a do
breuiant atis. atur atum. atus. et ator ut cir
cundatis peſſundatis. venundatur venũdatꝰ
circundatus ⁊ cetera Si aũt b precedat atis.
⁊ atur producitur ut circundabatis venunda
bat. ¶ Itẽ hoc verbũ lato as. in cõpoſitis ꝑdu
citur ut dilato trãſlato.

Aañ v. producitur vt cadauer. papauer
ꝯclauis Sil'r oĩa nomina cõpoſita ꝑdu
cũtur ut ignauus cõclaue cõclauo Sed
cõpoſita ab hoc nomine auus corripiuntur ut
abauus atauus. proauus Quidã producũt
pictauis andegauis. Quidam vero corripiunt
ſed vſus magis corripit vtrũq;. Erige pictauis.
libera fcã caput ¶ Itẽ Pictauis in vrnis ſubi
git ſua rura nec vltra Item prauo as. ⁊ pre
terita vborum cũ cõpoſitis producũtur ut dep̃
uo. amaui. ligaui. adamaui relegaui Sed ca
neo es. ⁊ cauo as. et grauo ãs. cũ compoſitis
breuiantur. ut precaues. concauo concauus:
aggrauo.

Eañ b ꝑducit̃ ut ephebꝫ diebꝫ ſpẽbꝫ. Ex
cipit̃ herebꝫ heſebõ Et ſi muta ſequat̃
b eciã corripitur. ut terebrũ cerebrũ
herẽbrũ. latebre. palpebre tenebre. funebris.

celebris. celebro ꝛc̃ Sꝫ muliebris vſi producit̃
¶ Item in verbis producitur ebam a ebo ebat
et ebor ut docebam doceo docebor cebat. ſede
bo. valebo. herebo. ¶ Item verſus v̄ralis. Legi
bus herebo ſciis herebo qꝫ carebo Herebus id eſt
infernus.

E ante. ca producitur. ut. biblioteca. apothe
ca. cyroteca. allecis. veruecis. Et preterita
verbi in eci cum compoſitis. vt refeci. confeci ꝛc̃
abieci. reieci. Et hoc v̄bū ceco. cū ſuis ꝯpoſitis ꝛc̃
ut exceco. producūtur. Excipit̃. ſeneca. a ꝯpo
ſita a neco as uel nece et a decet et decem. pre
cor. ſeco. ſacro que omnia corripiunt̃ vt eneco
enecat. ſemnicem. vndecim. duodecim. ꝛc̃ cō de
cet. deprecor. diſſeco. conſecro. execro

E ante d producitur. vt calcedō. ꝺ.om
des. gammedes. om edꝰ. ganfredꝰ. tra
cedus. Cimedꝰ. comedus. tragedꝰ. ex
cōpoſicione poſſunt dici producta ¶ Item om
nia nomina abſtracta uel feminea ī edo deſinē
cia. uel obliqui ī edis. producūtur. ut putredo
teredo inis albedo. nigredo. mercedis. heredis
ꝛc̃ ¶ Item nomina in eda uel edra deſinencia
breuiantur. andromeda. cathedra. clepſedra ꝛc̃
exedre. Quibus iūguntur lebedus. lemedon ꝛc̃
eſſeda. melchiſedech. macedo. Compoſita a pre
dor. ut depredor. et cedo ceſſi et cecidi. media
producta. vt cōcedo. recedo. incedo. pedo. pe
pedi. comedi. in preterito producuntur. ¶ Sꝫ

compoſitã a pede ablatiui caſus ⁊ pedo as. ⁊ pe
dio is. ⁊ edo is. breuiantur. ut loripedis. tripe
dis. cõpedis repedo. ĩpedit comedo. Siſr pretc
rita vboꝝ ut circũdo peſſundo. venũdo. circũ
dedi. circũdedit venũdedit corripiũtur.

Eañ f breuiatur ut pcenefas elephas.

Eañ g breuiatur. ut integer peregre tru
gedo. ſecũdum grecũ licet quidaꝫ pdu
cunt contra artem vſus tñ magis reci
pit penultimã productam q̃ correptam. Jdeꝫ
dicatur de collega nam prout venit a lego as.
quod eſt mittere producit mediam Sed prout
deſcẽdit a colligis is mediam corripit. Jtẽ triſ
tegũ eciãm indiñter ponitur vnde huguicio
¶ A tris atq; tego cõpom triſtega dicas. Jtẽ ve
nerabiſ beda. Aurifex ſoliuꝫ. variabat triſte
ga duplex Alij vero producũt ſcilicet alexãder
brito. catholꝭ ⁊ mãmotrectus. et hoc habet cõ
munis vſus q̃ producatur vñ quidã. Eſt diſ
tincta tribus cameris triſtega frequẽter Par
ua domus dici ſepius atq; ſolet ¶ Jtem alius
Secreta camere nob triſtega vocãtur. Com
poſita a lego is. nego as. tego is. corripiũtur
ut perlego elegans ſacrilegus. ſortilegus mu
rilegus. abnego. denego. contego. detegit.
Sed compoſita a lego legas. ut allego. relego
delego collega ⁊ preterita in egi ut plegi. con
fregi. confregit. peregi redegi. pducũtur.

E ante l producitur ut muſtela. loquela.
candela. tutela. medela. hanelo. anhelo
as. at. faſelus. patruelis. Excipitur. an
gelus. tymele. abymelech. ſicelech. perichelis.
que corripiuntur Vſus producit obelus licet
debeat corripi. qđ probatur per obeliſcum. cuiꝰ
medium per virgilium corripitur Quedā ꝓpa
nomina corripiūtur. ut figelus. thefelus. rethe
lus. Sed gabelus. et heſſelus. ꝓducuntur Noīa
in el deſinencia. preducunt. elis. ī obliquis. nā
thanaelis. danielis. ezechielis. gabriel. micha
elis. ſamuelis. ¶ Compoſita a celo as. velo as
et a felix ꝓducuntur ut concelo. recelo. reuelo
reuelans. infelix. Sȝ compoſita a gelo breuiant
ut congelo. degelo. aggelo.

E ante m ꝓducit. ut apoſtema. emblema
emptimema. dyadema. poema. proble
ma. racemꝰ. athemꝰ. Anathema. ſecūdū
grecum corripitur. Licet vſu producat. Corri
pitur. eciam vehemēs et geſſemani. et obliqui
ab hyems. ut hyemis. et hye. as. ¶ Item ꝓpa
nomina in emus producuntur. ut nychodemꝰ
archemus. polemon. philemō. calcedemō. calo
demon. Sed eupolemus. et triptolemꝰ breuiāt
qꝛ grece per. e. breuem ſcribuntur. Aliqui eciā
corripiunt arthemas. aliqui vero producunt.
ut manutrectus ¶ Item verba emus et emur
producuntur. ut amemus. legemus. poſſemus

volemus. ſedemus. ꝛc. ¶ Compoſita a cremo as. emo is. fremo is. gemo is. ꝛ tremo is. breuiantur. ut concremo. coemo. reemo. confremo. defremo. ingemo. congemo. cõtremo. extremo.

E ante. n. producitur ut auena. verbena camena. lagena. patena. ſagena. philomena. Excipitur iuuenis. ꝛ azeneth. et ebenus. corripiuntur. vꝰ. Ebenus ē arbor quã nullus concremat ardor ¶ Item propria nomina corripiuntur. Exemplum alexandri. ut helena. et helenus. que tantum vſus contra tm̃ autorem producit vſus. Eſt meretrix helena. crucis īuentrix ſit helena. ¶ Item emenus. emena. hyrenus hyrena. beſtenes ſoſtenes. hermogenes. eumenis. nytumene. permenas origenes. ſecūdum grecum ſed ſecūdum vſum producitur. ſicut hoc nomen helena. q̃uis Oracius dicat ꝙ debeat eius penultima breuiari. Et aurora mammotrectus. producunt. permenas. contra artem verſus. Symon permenas. nycholaus cum nychanore. Excipiuntur a proprijs nominibus athene ãtenor militene ſyene dyaſene. que producūtur. ¶ Item deriuatiua in enus. ꝛ ena producuntur. ut ſeptenus. trenus magdalena. ¶ Item nomina in en longã deſinencia. producunt. e. ante. en. in obliquis ut lien lienis ſyren ſyrenis. ¶ Compoſita a freno frenas. eciã producuntur. ut refreno

infreno · effrenus · ¶ Sed compoſita uel deriua tiua a gigno · venio et tenus · breuiantur · ut t erigena · celigena · aduena · indigena · alieni gena · verbigena · in preſenti conuenit · euenit · ſed in preterito producuntur · nullatenus aliq̃ tenus · hactenus · cordetenꝰ · oretenꝰ · ſolotenꝰ

E ante · p · breuiatur · ut ioſephꝰ · telephꝰ adepus · Similiter compoſita a crepo · ſtrepo · et nepos breuiãtur · ut cõcrepo · increpo · perſtre pit · Sꝫ compoſita ã repo et ſepio et a preterito cepit producuntur ut ſurrepo · irrepo · obſepis diſſepis · concepit · ĩcepit · percepit · quibus ad iungitur hoc nomen preſepe

E ante · q · producitur · ut vtreqꝫ · adequo coequo · exequo · Sꝫ compoſita a ſequor eris · breuiãtur · ut conſequor · exequor · proſequor perſequor ·

E ante · r · breuiatur ut exameron · interi iterum · vterus · peiero · deiero · pondero onero · vulnero · remunero · inuetero · ſidero · rudera · infera · ſupera · poeres · Et gene ralit̃ ſbña in rus uel ĩ ra ut humerꝰ · heſperus · iuniperus · edera · pathera · veſpera · camera · Excipitur chimera · macera · megera · ſtatera · ¶ Item rectus in eris · breuiatur · ut · ligeris · ceteris · treueris · et poderis · ſcdm̃ vſum licet in gtı̃ꝰ ꝓducat̃ ¶ Item mobilia ĩ rus · producũt̃ ut auſterus · ſeuerus · procerꝰ · ſincerus · Verſꝰ Eſt pcerũ vere pcerũ corpꝰ habere · Itẽ Vſꝰ

Colocerus coloceri

Sinceris a carie·ſincerus ſic ſine cera· ¶ Item
propa nomina in rus producuntur·ut rutghe
rus·wolterus·warnerus·rogherus·homerꝰ
hyberus· ¶ Excipit·craterus· cerberus· eleu
terus·exoterus·que breuiantur· Item adiec
tiua ſiue ſubſtātiua tercie declinacionis in er de
ſinencia·corripiunt e in obliquis ut pauperis
degeneris·anſeris aceris · ſtateris · aggeris·
papaueris·cucumeris lateris· Excipiuntur
tria greca ſcilicet yberis·pantheris cratheris
et mulceris·ſecundum ſtachium et priſtianū
Et genitiuus mulieris· Item verſus Fertur
yber populus·fluuius dicatur yberus· Item
vſus Eſt cyphus crater·res ferrea ſit tibi cra
tis· In cratere meo ⁊c· Item Qui carnem
maceras·vitare memento maceras·ideſt coq̄
nas· Itē de coreo factus vult pilleꝰ eſſe gale
rus Cerberus dicitur eē ianitor īferni vꝰ Cer
berus oīa vorās tria poſſidet ora canina ⁊c Itē
gtūs plural' noīs quīte declīacōis ꝓducit ut
dierꝝ ſpēꝝ· Itē gnūs in eris cꝰ nomē deſcēdit ā
vbo ī ero corripit eris cū reliq̄s obliq̄s ·ut vul
neris·vlceris veteris·ponderis oneris·⁊c Itē ꝯ
poſita a fero ⁊ ferꝰ gero pario paro as ſero ās
ſero is tero is ⁊ q̄rot breuiāt ut refero ꝯfero p
fero defero efferꝰ Cōgero īgero digero peris
cōperis reperit·ſupero·impero reſero as·aſſe
ro is diſſero·deſero·cōtero cōqueror· Sꝫ cōpo
ſita ab hereo es·⁊ a cleros grece·ꝓducunt ut

adheret·iheres·naucler9· Similiter·cōpoſita
a ver9·ut reuera·pſeuero·perſeuerās aſſeuero
aſſeuerans· Sed vereor cū cōpoſitis corripit̄ ut
reuerēs ꝛc· Itē eris ere etur ī ſecūda ꝺiugacōe
indicatiui modi ꝓducit̄ ut doceris·docere·do
cet̄ Sed ī tercia ꝺiugacōe·eris ꝛ ere corripit̄ ut
legeris legere· Itē eram eras erat ꝛ ero eris·
erit·erim·eris·erit·ī preterito vbiqꝫ breuiat̄·
ut amaueram docuero·legerim· Sed futurum
indicatiui et optatiui modi prime·tercie et
quarte coniugacionis producitur·ut ameris·
legeris·audieris· Infinitiuus ſecūde coniuga
cionis producitur·ut docere·ſuadere·Sꝫ tercie
coniugacionis·ſemper corripitur·ut ſcribere
legere· In prima et ſecunda coniugacione be
ris·ꝛ bere·breuiatur·ut amaberis·doceberis
Optatiu9 ꝛ coniunctiuus in omni coniugacīoe
eris·et ere producunt·ut amareris·docere
ris·legereris·audireris

E ante·ſ·breuiatur·ut ꝺyoceſis·geneſis·
hereſis·latheſis·anthitheſis· Inde exci
piuntur ſecundum alexandrum·mathe
ſis·ſecundum qd ſignificat diſciplinam et poe
ſis que producuntur· Sed freneſis ·ſecundum
eundem poteſt poni ad placitum· Item om
nia verba habencia eſi·in preterito et eſum·in
ſupino producunt e·āte·ſ· ut adheſi·adheſum
illeſus·obeſus·comeſus· Item Verſus differē
cialis· Scire facit matheſis ſed diuinare ma

thesis ·ſed diuinare mathesis· ¶ Item metra
poemata ſunt·regitur qȝ poeta poeſi·i·tali ſci
encia·

Ean t producitur·ut athleta·propheta·
acetum·anetū·dumetum oliuetū·vine
tum·cometa·boletus·facetus·mile
tus·philetus·Excipiuntur·hec que per e bre
uem ſcribunt' ut ephāgetus·maſſagetas flege
ton·vegeto·vegetus·Aretha arete·indiffīter
ponitur·ſed vſus producit·Denominatiua ſeu
abſtracta in etas·breuiantur ut pietas·¶ Itē
obliqui nominum tercie declinacionis habētes
etis in gtīo corripiunt e ante t ut ſeges tis·a
ries tis·paries tis·hebetis·indigetis·teretis·
Iſta tamen in verbis producuntur ut ſegetis
parietis·indigetis·et cetera ¶ Sed ab iſta regu
la excipiuntur obliqui qui veniunt a vbis gre
cis quia tales producuntur·ut lebes·tis·dare
tis·rampnetis·cremetis·¶ Et ſimiliter obliq̄
noīm ppriorꝝ ut margareta rete·agnetis her
metis magnetis·quibus iūgitur locupletis·
et quietis·Celeti et feleti vſu corripiuntur Cō
poſita a freto meto·veto·peto·et metro corri
piūtur·ut tranſfreto·demeto·emeto·deueto·
appeto·repeto·bimetrū exameter·pēthamet'·
Sed cōpoſita a feto as·ſeu fetus producuntur
ut effetus·effeta·ideſt ſterilis ſed prout effeta
eſt idem q8 aperire corripit penultimam vnde v
¶ Effeta diſcludens ſonat·eſt effeta ſenectus·

Similiter breuiantur quando liquida sequitur
t ut impetro perpetro obstetrix. meretrix. pi
retrum. pheretra. Feretrum quod tamen ali
qui volunt poni indifferenter vꝰ Sanctorum fe
retrum. dic funeris esse feretrum. Sed hinc ex
cipitur hoc nomen ortigometra. quod signat
quādā auē que alio nomine dicitur coturnix
qꝛ huiꝰ nōis penultima per e lōgam grece scri
bitur ꝛ naturalit̄ lōga nō pt̄ breuiari Brachi
logus tn̄ corripit eius penultimā. prout cōpo
nitur a metros ꝛ non metior quod producit p̄
mam ꝛ in hoc vꝰs videtur ei consentire Eodeꝫ
modo est opinio de hoc nomine geometer. vel
hic ꝛ hec geometra tre. qꝛ mammotrectus. ca
thol' et iuuenalis. producūt eius penultiām qꝛ
cōponitur a ge qđ est terra ꝛ a metior metiris
qđ ꝓducit p̄mā ꝛ non a metros qđ ē mensura
qđ corripit p̄mā Vnꝰ Iuuenalis. gramaticus
rethor. geometer pictor aliptes. Itē vꝰ oralis
Dū messis metit̄ cultor metit̄ agellū. Multi tn̄
corripiūt eiꝰ penultimā. Item alexander dicit
hoc nomē temetū etiam eē breuiandū. sed qui
dā ponūt ad placitū vnꝰ Dicimus ꝛ temetū di
camus siue temetū Item Diligimus temetū
.i. vinū bonū qꝛ reddit cor requietum Atqꝫ fa
cit letū mala queqꝫ fugat quoqꝫ metum

Ea ante v producit̄ ut equeuus. longeuus Et
cōposita a leuo as. qn̄ pro plano ponit̄

ſed leuo pro exalto breuiatur cum compoſitis·
exemplum pro vtroque ſignificato ut alleuo·
releuo· eleuo· Paraſceue· breuiatur

I ante· a· breuiatur· ut victoria· ignauia
ignominia· iannia· Excipiuntur multa
de quibus require ſupra vocalis ãte vocalẽ

I ãte· b· breuiat̃ ut celtiber· zinziber· mulci
ber· hambal· celiber· celibis· Similiter
datiuꝰ et ablatiuus corripitur ĩ ibus· ut
artibus· tigribus· partibus· vnguibus· ꝛc.
Item ibi· a tibet et libet· libro· libeo· et bibo·
cum ſuo preterito corripiuntur· ut alibi· inibi·
adhibet· exhibet· collibet· allibet· collibro· reli
bro· abbibo· ebibo· ebibi· Sed bilibris· ponitur
indifferenter· nam catholi· mãmotrectꝰ· et brachi
logus· producunt eiꝰ penultimam· ſed alexan
der corripit eam· et hoc tenet comunior vſus·
Simili modo fit de equilibris· Que autem com
ponuntur ab ibo· libo· libo ꝛ· ſcribo· cũ metibor·
et partibor· producuntur· ut adibo· redibo· ne
quibo· collibo· delibo· prelibo· delibor· aſſcribo·
conſcribo· reſcribo·

I ãte· c· breuiatur· ut elicit· elicon· rubi
con· ypericõ· eptaticum· pernicax· pra
uicors· Itẽ nomẽ mobile· aut deriua
tiuũ· deſinẽs in icus breuiat̃· ut celicꝰ· angeli
cus· anglicꝰ· aulicꝰ· hoſticꝰ· famelicꝰ· vinicꝰ
· aquaticꝰ· eccãſticus· leuiticꝰ paraliticꝰ· arõa
ticꝰ· Sed ĩde aliq̃ p alexãdꝛꝫ excipiũt ut apricꝰ

amic9 ∙mendicus pudicus∙ Similiter excipiũ
tur vmbelicus∙vicericus∙victricus ∙capcus ⁊
asteric9∙ Et breuiter quecumqꝫ huiuſmodi no
mina habencia liquidam immediate ante i pro
ducuntur∙ que vero habent t ante i corripiũ
tur ñ poſtea per regulas ſequentes exciperent̃
Item propria nomina latina in icus deſinẽci
a producunt penultĩam ſillã∙ ut fredericus∙
henricus ∙ lodouicus∙reuemicus∙ Sed propria
grecorum corripiũt ut amicus andromicus ac
ticus titicus∙eticus clericus∙ euticus ∙romari
cus∙ariſtomicus ∙ Sed propria nomina mulie
rũ ut veroĩca∙adonica∙monica∙wandalica ∙
corripiuntur Et ſi eadeꝫ ꝑpa eciã fuerint appel
latiua et corripiãtur tũc eciam ⁊ propriuꝫ cor
ripit̃ ut dominicus ∙ſcolaſticus∙ Sed ruſticus
in ꝑpo producitur propter draꝫ∙ v9 Ruſticus
arua colit∙ruſticus ad ethera ſcandit∙ ¶ Itẽ
nomẽn deſinens in ica breuiatur ut cronica fa
brica∙manica∙tunica partica epatica ſalaman
tica∙theſſalonica∙ſcutica∙pedica∙ quod tñ ſecũ
dum∙diuerſa ſignata mutat accentum∙ v9∙
¶ Pars pedis eſt pedica∙volucum captura pedi
ca Sed a regula excipiuntur veſica∙vrtica∙a
mica poſtica vel poſticum∙antica formica ∙ lec
tica∙lorica mirica rubrica∙ que producuntur∙
Rubrica tñ a diuerſis diuerſimode accentua
tur∙ ¶ Vnde a britone∙mammotrecto ∙ et ab
eutico∙producitur vñ v9∙ Eſt caſti comites ⁊

opus rubrica magiſtere. Fortunatus autem et
alexander ac multi poetarum corripiunt. ſicut
et hoc verbum rubrico ab ipſis corripitur. Vſꝰ
Addite martiribus. rubricat quibus vnda cru
oris Obſeruetur in hoc ſicut et in alijs. vſus
loci. qui tamen magis ſolitus eſt breuiare quā
producere. ¶ Item nomen terminatum in
cen. breuiatur. ut liricen. tubicen. ſed tibicen
ꝓpter ſincopam ꝓducitur. ¶ Item genitiuus
in icis veniens a nominatiuo in ex breuiatur ut
carex. caricis. pelex. icis. pollex. icis. pontifex
icis. pu ex. icis. murex. muricis. vnde aurora
¶ Cocco uel biſſo. uel murice. ſiue iacincto. Ta
men hoc nomen vibex. producit. icis. ¶ Ibex
ꝓ cicoma. producit ibicis. ſed pro caprea corri
pit ibicis. Verſus. Ibex ibicis auis eſt. niliqꝫ
fluentis ¶ Vt dicunt habitat. roſtro ſua vilia
purgat ¶ Item Eſt ibex quādrupes. auis ibix
inuidus ibis. Sed vſus hanc differenciam non
admittit. qui pro vtroquē ſignificato corripit
¶ Item hoc nomen lodex eciam producit icis
. ut lodicis. ſicut vibicis. ¶ Item nomen in
ix. maſculini generis formans de ſe genitiuum
in icis. corripitur. ut calicis. formicis. onicis.
ſardonicis. varicis. ſandicis. fenicis. Maſticis
ſecundum alexandrum producitur. tamen.
maſtico verbum breuiatur. cum ſuis compoſi
tis. vt demaſtico. commaſtico. vnde. hiſpanus
Maſticis eſt ſpecies māſticis nomine fics.

¶ Item fenicis est auis. fenicis nomine gen̄tis. Istis iunguntur ea feminea. scilicet bitu rix. bituricis. salix salicis. filix filicis. ¶ Cetera siue feminea. siue comunia producuntur. ut victrix victricis felix icis bombix icis quodlibet pro suo significato cornix cornicis coturnix coturnicis. vnde versus. ¶ Mane coturnices vespere vulgus habet. ¶ Verumptamen coīs vsus corripit penultimam. ¶ Item pernix per nicis. corripitur. prout venit a neco sed prout venit a nitor niteris. producitur ut pernicis. vnde versus Icarus ad celum tendit pernici bus alis. Sed possum melius dicere pernicibus ¶ Item versus. Pro pernice velox. pro perter nice pone nociuum. Item verbum in ico aut icor breuiatur. ut diuaricor. preuaricor amarico albico. pumico. rubrico. mastico. Si vero deriuetur a genitiuo in icis productam producitur ut a radice radico. ab obstetrice obstetrico a mendicus. mendico. Eodem modo diceretur a rubrica rubrico media producta. sed est contra vsum Item composita a dico as. facio facis frico as iacio cis. mico micas. plico plicas. spicio is. taceo es liceo es. a licet breuiatur. ut abdico. inficis. conficis. confrico. defrico. dimico. emico. explico. despicis. conspicit. contices. reticet videlicet. scilicet. A disco didici. breue secundo in compositis Suspicor eciam breuiatur. Que vero a trico as. a dico cis. componuntur solent produci. ut

extrico. indicō. edico. ſed iudico. corripitur.
Similiter eciam corripitur genitiuus a iudex.
ut iudicis. et eciam ab īdex ut īdicis. Sed a cer
uice productum eciā ceruical prolongatur.

Ināte. d. breuiatr. ut īuidus. da. pſida cupi
d9 tīd9 liuid9. Excipitr abid9. Et patro
noīca ī ides. vel mēcia a nomīatiuo ī eus
diptōgō. ſiue triſillaba ſiue tetraſillaba ſint. que
producuntur. ut pelides. promechides. polydes
Promechydes. et polydes. grece ſcribuntur p
ey diptongon. pro qua longam. y. ponimus.
¶ Alia in des breuiantur. ut priamides. bachi
des. ſymonides. euripides. iohānides. moabiti
dis. ammonitidis. ¶ Item nomina ī ido pdu
cuntur. ut cupido. libido. formido. cupido.
Verſus. Omnia des cupido. ſua nō perit inde
cupido. ¶ Item formido v̄bum formido nom̄
habeto. Anxietas eſt formido. formido timere
¶ Itē obliqui in idis breuiantur. ut adoīdis.
clamidis. deſidis. obſidis. coloquintidis. piſte
lidis. priamidis. Excipiuntur tenidis et ibidē
qui producuntur. ¶ Item cōpoſita ab idem
corripiuntur. ut totidem. itidem. identidem.
Equidem et ſiquidem. ſiquidē. ſi fuerit vna pars
corripit penultimam. Sed quando iungitur
ſubſtātiuo tūc ſūt due partes. ut luce decimo
tercio. Si quidē fecerit fructū ¶ Compoſita. a
preterito vidi et a cedo is cecidi et ſido et ſidus

a um ledo mideo · rideo · ſido ſtrido · producunt.
Exemplum · ut inuidi al' ſcido · concido · truci
do · diffido · confido · allido · relido · emides · pñi
des · arrides · deridet · cōſidit · diſſidit · Similiter
hoc v̄bum formido as · producitur · Sed compo
ſita a · cado · findo · ſcindo · ſideo · ſedeo · video ·
diuido breuiantur · ut ocido · decido · et cecidi
in preterito · a cado · perfidi · diffidi a findo in
preterito ſolum · abſcidi · diſſcidi · eciam in pre
terito ſolum · a ſcindo · que duo verba breuiāt
preteritum licet ſint diſſillaba · a tundo tutidi
aſſidet reſidet inuides · preuides · Similiter cō
poſita · a fide · ut perfidus · infidus · breuiantur
Sic eciam corripitur hoc verbum trepido · tre
pidas ·

I ante f breuiatur · ut pontifex artifex fru
gifer · dapifer · crucifer · lucifer · tenebri
fer · ſiſifus · anaglifum · ſecundū cathol'·
britonem et mām̄otrectum tercio regum ſex
to corripit penultimam et hoc tenet vſus cōīor
quamuis grecista eius penultimam producat
vnde verſus · Eſt pictura glifos · hic anaglif9
erit ·

I añ g breuiat̄ ut armiger prodig9 · Exci
piunt̄ noīa in go vl' in ga · ut auriga · q̄
driga · filigo · rubigo · caligo · ſiłr vecti
gal Excipit̄ caliga · nomē a caligo v̄bū · vn̄9
Dū caligo caligas auget caligo tenebras · No
mē caligo · verbū caligo breuiabo · Itē cōpo

ſita a frigeo·frigo·ſigo fligo· ſtigo· migro·
producũtur· vt perfriget·refriget·confrigo·
refrigo·affigo·cõfigo·crucifigo· affligo·affli
git· cõfligo·cõfligit·caſtigo· inſtigo· tranſmi
gro·remigro· ¶ Sed compoſita a lego is ago·
egeo·ligo·rego·breuiantur· vt colligo·diligo
abigo·ambigo·abiges nomē·indiget·indigꝰ
·a·um·indiges etis· nomē alligo·diſligo·arri
go·dirigo·corrigo·erigo· Excipitur caſtigo·
as·fatigo as· veſtigo·inueſtigo·caligo as· Ce
tera ṽba corripiũt ut fumigo·mitigo·remigo
ſicut et obliqui a remex·remigis·

I ante·l· breuiatur·in prima et ſecunda
declinacione ut aquila·ſimila·dalila·co
tilus·iubilus· troilus·zoylus·allophilꝰ
Excipitur aſilum·et aſilus· ¶ Itē nomē ī ilis
veīens a verbo breuiatur·ut abilis·amabilis·
verſatilis·docilis·docibilis vtilis futilis fertil
ductilis·textilis·fictilis· Sed ſi deſcēdit a noīe
pducitur·ut aruilis·virilis puerilis· ſcurrilis
hoſtilis·quintilis·biſextilis·teſtil·a teſta·mo
nachilem·hoſtilis ab hoſtis·ciuilis·edilis·exil
aprilis·caſſilis·vtenſi le·qꝫ tamē ſcd̄m catho
licon et mammotrectum corripit·vt vtenſile
Alii vero producunt·et hoc tenet vſus coīor
Verſꝰ Eſt tegimen lecti ſimul vtēſilē ſupellex
Excipiũtur illa que formāt peſtis·dapis par a

169

humus et filon grece · vt peſtilens · dapſil · parilis · humilis · pentafilon · que omnia corripiuntur. ¶ Item nomē neutri generis in ile terminatum producitur ut haſtile · lis · caſſidile · lis · ouile · cubile · ſedile · zc ¶ Si vero ſit mobile et habeat ilis longum a quo ile deſcendat · eciā producitur · vt virile a virilis · hoſtile ab hoſtil' ſubtile a ſubtilis zc ¶ Sed ſi ilis corripitur eciā ile corripietur · vt a docilis · docile · a flebilis · le · a laudabilis · le · et ſic de alijs ¶ Obliqui ī ilis breuiant' · vt pugilis · vigilis · parilis tanaquil' qđ tamen ſecundū grecum producitur · Verſ9 Corripias pugilis · ſed producas tanaquilis · Itē verba terminata ī lo cum compoſitis hui9 verbi ſalio is · corripiuntur · vt deſilis · reſilis · vigilo · ſibilo as · ſimilo diſſimilo · zc Que autē cōponit hoc v̄bum pilo · producunt' · ut cōpilo · cōpilat · depilo · opilo ·

I ante · m · breuiatur · vt azimus · anim9 · anima · magnanimus · antimus · trophimus · oneſimus · alchimus · Verſ9 Alchim9 ex aaron deſcēdit ſtirpe ſacerdos · Alchim9 hoc ſpacio veniens cū bachide pugnat Excipitur diſcrimen opimus · opimo · et compoſita a limus · vt ſublimus · que producuntur · ¶ Itē regula Nomē terminatū in men veniēs a v̄bo ſecūde vel tercie coniugaciōis · ſi habz i añ mē corripitur · vt momimen · ſedimen · tegimen · ſed inde excipitur nomen deſcendens a verbo

tercié coniugacionis in vo · per diuiſas ſillabas
tiato · quod penultimam producit qr nō habet
i · ante men ſed v · ut ab acuo · acumē ab argu
o argumen Sed ſi deſcendat a verbo quarte ɔ
iugacionis producitur · ut munimen · linimen
ſentimen · ¶ Itē hec aduerbiū apprime ſecūdū
priſtianum ꝛ alios autores ſemper debet produ
ci · ¶ Tercia coniugacio breuiat imus in preſē
ti · ut ſcribimus · legimus · cedimus · Sed quar
ta producit imus · ī preſenti · ut audimus · lini
mus · ſentimus · Similiter poſſimus ꝛ velimus
Comperimus reperimus · venimus · in preſenti
producuntur · in preterito vero corripiuntur ·
verſus ¶ Venimus in priſco preſenti dico veni
mus · ¶ Item i ante mus in omni preterito et
futuro cōiunctiui modi cuiꝰ cum ꝫ ɔiugaciōis
fuerit corripitur ut amauerimus docuerimꝰ
legerimus · audiuerimus · tulerimus · fuerimꝰ
voluerimus ꝛc̄ ¶ Item condimus ferimus pro
dimus · ſeuimus · vincimus · qñ ſunt quarte cō
iugacionis · ꝛ ſignāt condire ferire · prodire · ſe
uire · vincire producuntur · Qñ aūt ſunt tercie
cōiugacionis ꝛ ſignāt condere · ferre prodere ſe
rere · vincere corripiunt imus ·

Iañ n breuiat · ut aſinus · cophinus · pā
pinus eſcines pelchinus · ariminum tici
num · acinus · terracina · encia · circinꝰ
abominor · examino · cōtamino · Excipiuntur

propria nomina in inus. aūt ina que producū
tur vt martinus. alchuinus. albinus. quiri
nus. conſtantinus. ſeuerinus. katherina. eu
froſina. blandina. marina. Similiter produ
cuntur hec nomina ſcilicet caminus. cathinū
. cyminum. ſalinum. lupinum. ſupinum. Aliq̄
producunt ticinum. de quo habetur in legēda
ſancti martini. quamuis quidam corripiant.
¶ Item deriuatiuum in inus. producitur. ut
vrſinus. caninus. bouinus. leoninus. aſininus
. cedrinus. molendinum piſtrinum. textrinū
. piſcina. cilicinus. adiectiue ſed nominaliter
cilicinum. inquilinus &c. Sed circinus a circus
corripitur. ¶ Bombicinus a iuuenali et alex
andro eciam corripitur ¶ Item patronomica
in ne producuntur. vt nerine. ¶ Item regula
ſecundum alexandrum q̄ deriuatiua deſinen
cia in inus. que deriuantur ab iſtis dictionibus
olea. biſſus. clam. cras. pro. prius. diu. ſero
fagus. hec et hic &c. corripiunt. i. ante. n. ut olei
ginus. biſſinus. faginus. clandeſtinus. craſti
n̄us. . priſtinus. protinus. diutinus. ſerotinus
. heccine. et cetera ſimilia aduerbia. ut ſicci
ne. cominus. eminus. hornotinus. quatinus. que
omnia corripiuntur ¶ Item nomina poſſeſſi
ua in inus deſinencia. que deſcendunt a nomi
bus lapidum. fluuiorum. filorum. uel. arbo
rum ſolent a quibuſdam corripi. a quibuſdam
vero produci. ſed maior autoritas corripit ea.

Et precipue corripit alexander illa que deriua
tur ab iſtis ſex nominibus ſcilicet olea . biſſus
fagus . iacinct9 . bombex . et ametiſt9 . ut olea
ginus . biſſinus . faginus . iacinctinus ametiſti
nus . bombicinus . quorum tantum duo ſcilicet
oleaginus . et faginus corripiuntur ſine inſtā
tia . ſiue contradictione cuiuſcumq3 . ¶ De
ceteris vero quatuor ac omnium aliorum ſcili
cet adamantinus . ſmaragdinus . onicinus coc
cineum . criſtallinus . liguſtina . ſuccina . murrina
diuerſa eſt diuerſorum . opinio quas per ſingu
la replicare longum eſſet ac tedioſum valde
¶ Hoc tamen ſciendum quod priſtianus vi
detur ſentireq3 huiuſmodi poſſeſſiua ī inus ter
minata debeant breuiari . Hoc idem ſenciunt
et dicunt . Prudencius iuuenalis . marcialis
papias . parſius . qui talia eciam corripiunt
Et magiſter bene bononienſis mammotrect9
et comuniter omnes poete . ¶ Petrus vero he
lye . ¶ Huguicio . et greciſta . producunt pe
nultimā ſillabam de iacinctinus . Unde grecis
ta . ¶ Aſt poſſeſſiuum ſemper producitur inus
Craſtinus et faginus . oleaginus excipiantur
¶ Eligat igitur vnuſquiſq3 quod ſibi ſanius .
eſſe videtur . et magis vſum communem quam ar
tem in huiuſmodi ſequatur . hoc cognoſcens .
quod communior vſus predicta nomina producit
exceptis paucis . que corripiuntur ut oleagin9
onicin9 fagi9 bombicin9 ſmaragdin9 coccin9

Biſſinum ſecundum catholicon prout eſt ſubſtā
tiuum cauſa differēcie adiectiui corripit penul
timam. ſed biſſinus mobile producit. a. um.
Item iſta duo nomina ſcilicet repentinus. a re
pente. et peregrinus a peregre ſemper produ
cuntur. ¶ Item nomen habens. i. ante na.
producitur. vt regina. coquina. reſina. terebin
tina. vagina. vrina. medicina. ruina. runcina.
a runco ¶ Excipiuntur bucina. elemoſina.
femina. fuſcina. fiſcina. lamina. ſarcina. machi
na. mutina. mumina. pagina. patina. proſer
pina. trutina. que breuiantur. ¶ Verſus.
Vas dico patinam. tegimen caliciſq; patenā
Sartago patina conſtat. ſcutella q; dicta. Cū
autem nomen. in na deſcendit a nomine maſ
culino in nus aſſimulat ei. ut aſinus. aſina bu
cinus. bucina ¶ Et que deriuantur a cano. ut
tibicina. liricina. cornicina. breuiantur
Nomīa tercie declinacionis producuntur. ut
affinis. confinis. hermis. ¶ Similiter obliqui
in. in. ut delphinis. fotinis. ¶ Et nota q; om
nia nomina in. in. deſinencia eciam frequenter
ī inis productam finiuntur. ut ſalamin. facit
ſalaminis. ¶ Item obliqui qui deſcendunt
a nominatiuo in. en. vel. is. vel. o. longum bre
uiamus. vt lumen. luminis. flamen. flaminis.
ſanguis. ſanguinis. ordo. ordinis. virgo. vir
ginis. cupidinis. ymaginis. hōīs. Itē compoſi
ta a minor aris. cano. lino. ſino. manco. teneo

breuiantur ut cōminor. cōcino ſuccino recino deſino cōſino illino. delino emmet. prominet. cōtinet. retinet. pertinet deſtino. obſtino. Sed compoſita a mino. clino ſinio linio. cū feſtino. diuino. ſupino propino. et opinor producunt ut commino. reclino acclino. deſinit. preſinit. affinis. confinis. delinis. altera longa ſecundū huguccionem ſed alexander. i. ante n in primis ſillabis corripit per exempla. linio et lino. Lōga ſit. i. ſuper. n. tineam. linio. lino. demis. Item Delinit hunc delens. delinit propria mulcens. Item Sorde luti linimur. oleiqȝ liquore linimur.

I ante p breuiatur ut polipus libripens. Et que componit caput pes et capio ſapio rapio. ſipo et typus ſimiliter breuiātur. ut āticiput. āticipo. occiput. ſinciput. biciput ſonipes. loripes. cōcipit excipit deſipis reſipis corripis. diripis. eripis. cōſipo. diſſipo. zelotipus. Sed cōpoſita a ſtipo producuntur ut conſtipo. cōſtipat. obſtipus. obſtipi nomē Itē ppria noīa pducuntur ut edipus. antipas. Maniplus quis vſu coī corripit a quibuſdam tn̄ pducit. vn̄ Squameus eſt anguis. per tartara ceca maniplos.

I ante q pducit. ut antiquꝰ. obliquꝰ nequꝰ pleriqȝ ibiqȝ vbiqȝ cuiqȝ vnicuiqȝ Et cōpoſita ab iſto pterito liq deliq reliq. Excipiūt demiqȝ vtiqȝ vndiqȝ eliquo as ſiliq. aliqs

reliquis·reliqua·reliqui·que breuiantur·
Item Verſus differēcialis·Criſti non reliqui
voto·terrena reliqui·deſeruui·

I ante·r·breuiatur·ut anticira·ſatirus·
titirus·ſaphira·verſus·Eſt hyrco cor
nutus·ſatirus deus·et reprehenſor·Cā
porū faunos·dic nemorum ſatiros· Item
hoc nomē butirū·ſcdm ſtachium et macrū bre
uiat·vn̄ Eſt al' buto·lacte fluens dic inde buti
rū·Caſeus eſto tirus·butirū dic inde venire·
Itē Eſt al' butirū·ſed dic de lacte butirū Preci
pua tn̄ racio poductionis·ē vſus·et qꝫ alexādeꝛ
excipit ab iſta regula·I ſupra·r·breuis ē Itē
obliqui eciā breuiantur·ut gadiris ſemiuiri
ſeptemuiri· Itē cōpoſita a vir eo es·et liro·
qn̄ diſcordo ſigt· breuiāt·ut cōuiret·euiret·
reuiret·deliro·Sꝫ cōpoſita a liro·qn̄ ſigt deuio
et a verbis miror·giro·ſpiro·quero·et vires·
producūt·ut deliro delirus·vn̄ v· Deliro·diſcor
do·deliro deuio dicas·Delirus fatuus·fertur·
vel deſidioſus·Diſcordans rite·dicatur delirus
eſſe· Itē ut ā miror·cōmiror·mirum·cogi
ro·regiro·acquiro·requiro·aſpiro·reſpiro·o
ſpiro·euiro as·Similit producūt·deianira·pa
pirus·epirus·oſiris·archimāgirus·papyrus·
ſcdm aurorā vn̄ v·Menſa leui·ſplendet·cura
tur nata papiri· Item ſaphirus a britone·et
henrico·de colonia ſemp producitur·p oī ſua
ſignificacione·et iſtud tenet vſus color·ꝯuis

grecíſta et alexander corripiant ipſum quādo ſignificat vitrum vnde grecíſta Eſt vitrum ſaphirum. ſaphirus ſplendida gemma. ¶ Item henricus de colonia Qui ſaphirus dixit. non ē autenticus autor. Et brito dicit ſe nunquā hoc nomē ꝑ ſignificaciōe vitri inueniſſe vſus itaqꝫ ſaphirus ſemper producit. ſicut ſaphira profemina corripit. ¶ Item infinitiuus in ire et iri ſemper producitur. ut prodire. ſeruire. audire. audiri. dormire. ſcaturire.

I ante. ſ breuiatur. ut cithiſus. ypopſis ypocriſis paraliſis. Excipiūtur archiſes. anſiſus. gauiſus. paradiſus. Et cōpoſita a viſo. ut reuiſo. cōuiſo. auiſo. Et preterita in iſi. et ſimiliter ſupina in iſum. ut illiſi. illiſum. prouiſum prouiſus. circūciſus. irriſus. deriſus ¶ Item omnia vba in iſo deſinencia producūtur ut exorciſo catheciſo anathemathiſo prophetiſo. patriſo

I ante. t. breuiatur ūt amita. acerbita. ſemita. nauita. ypocrita. meritū digitus. accolitus. proſelitus. puritas lenitas. Alexāder excipit polimita. et pituita. que producunt Vnde uerſus Mandere tu vita. gallinam cum pituita ¶ Item caucius euita. ne te fallat calamita ideſt modus proferendi. quātū ad accentū. qr eſt penultīa īdifferens ¶ Itē proprium nom̄ maſculi generis virorꝫ uel lapidū deſinēs ī itus corripit penultīā ut ypolitus agapitus

criſolitꝰ ꝛc Sꝫ femī generis penl̄tiā pꝛoducit
ut tabita·alita·iulita·margarita ¶ Itē deriua
tīa a loco vel a gēte·uel officio ī ita deſinēcia·
pꝛoducūtur·ut heremita·iſrahelita·iſmahelita
ierosolimita·cenobita·leuita hebioīta·celli ta
Huiꝰ modi autē noīa finit grecꝰ ī tes·ut here
mites·leuites·cenobites·Siliter pꝛoducūt oīa
deriuatīa ī ites ul' itis·ut amalachites buſites
ſuites theſbites ſunaītis Noīa abſtracta ī itas
deſinēcia corripiūt ī aūtas ut largitas puritas
ſeueritas boītas deitas hūanitas calamitas ca
ritas ipunitas Huiꝰ modi autē qn̄ ſūt pcipia
accī caſꝰ pme decliacoīs tūc poducūt ut largi
tas īpunitas ſeruitas Nomīa in iter deſinēcia
corripiūt ut accipiter arbiter preſbiter iupiter
Similiter et aduerbia ut pariter neqter leuiter
leniter Nomīa in itoꝛ ſi deriuāt a nomine breui
antur ut ianitoꝛ debitoꝛ portitoꝛ vinitoꝛ Si vo
a vbis qrte coniugacioīs deriuātur poducūt ut
largitoꝛ punitoꝛ ¶ Itē omnia aduerbia in itꝰ
corripiuntur ut celitus primitus funditus pe
nitus ¶ Nomīa in itꝰ deriuata a nomine pꝛo
ducuntur ut auritus maritus paraſitꝰ ceſitꝰ
ignitus crinitus et cetera Similiter et iſta no
mina ſcilicet cochitus·lechitus·hermofrodi
tus infinitus·infruitus·immitis·aconitum et
irritus pꝛo pꝛouocatus·pꝛoducuntur ¶ Ex
cipiuntur ſeruitus alitus anhelitus ambitus

nomen que corripiuntur ¶ Obliqui ſi veniunt
a nominatiuo in is. producuntur. ut ſampnis
ſampnitis. quiris. quiritis. Alij obliqui breui
antur. ut caput capitis. miles militis. accipitꝛ
gurges gurgitis. ſuperſtitis. antiſtitis. ꝛc.
¶ Item verba prime. ſecunde. et tercie coniuga
cionis. habencia itum in ſupino corripiunt i.
ante tum. ante tus. ante to. āte tor. Exceptis
illis que habent iui. in preterito. quia illa produ
cunt. i. ante tum et tor. et cetera. ¶ Exemplū
de verbis prime coniugaciōis. ut crepo crepitū
crepitꝰ. crepito as. domo. domitū. domitus
domitor domito as. ſono ſoītū īplico īplicitꝰ
ꝛc. cubo cubitū. Que vō. deriuāt a ſto as. et do
as. quā ſūt t'cie ꝯiugacōis eciā corripiūt. ut ad
ditꝰ abditꝰ. īditꝰ. deditꝰ. abſcōditꝰ īſtita īſti
tor exēplū de vb ſcđe ꝯiugacōis. ut ſtuditū ſtu
ditor. nocitū nocitꝰ. ꝛc placitū placitꝰ. ꝛc ſoli
tꝰ tacitꝰ. ꝛc apparitor ꝛc Exēplū de vb t'cie cō
iugacōis. ut cognitꝰ. cogitor. licitꝰ poſitū po
ſitꝰ. tor. additū. tus. tor. ꝛc. diſcitū. paritu3.
parcitū. poſcitū. agito. cogito as. muſito as
ꝯditor. et ꝯdo is. ſed ꝯditor. a. cōdio is. ꝓducit
Exēplū de hijs q̄ hn̄t iui ī preterito et ꝓductū
ī itū ī ſupino. ut laceſſo laceſſitū. ꝛc petiui peti
tū. petitor. petitus. cupiui. cupitū. et cōpoſi
ta a tero. et quero. ut cōtritus. attritꝰ. acquiſi
tus. cōquiſitus. ꝛc. Sed hinc excipiuntur com
poſita a quitū. citū. ſitū. litum. et itum. ab eo

que corripiuntur· ut nequitum concitum inci
tum incito· incitas· inſitum illitum interlitū·
aditum· agnitum· cognitum cum deriuatiuis
eorum· ¶ Item omnia verba q̄rte coniugacio
nis producunt itum· itus· itor· et ito· ut audi
tum· auditor· etc· ſtabilitus· ſopitus· rugitus
ſeruitum· itus· prout eſt participiū· ſeruitor·
dormitum· dormito· largitum· largitor· Sed
inde excipiuntur compoſita ab eo in ſupino et
que ab illis deriuantur· ut exitum exitus· ite
ritus obitus aditus· reditus· etc· Itē quar
ta coiugacio producit itis· ite· ito· et itur· ut
auditis· audite· audito· auditur· dormitis· dor
mitur· ¶ Oritur moritur· potitur· ſecūdum ter
ciam coniugacionem breuiantur· ſed ſecūduz
quartā ɔiugacionē ꝓducuntur ut orit̄· morit̄
potitur· ¶ Item tercia coniugacio breuiat itis
ite· et itur· ut legitis· legite legitur· Sz ſi pre
teritum faciat in iui· et per ɔſequēs ſupinū in
itum longū· exceptis paucis ſupradictis tūc
eque bñ itis· ite et itur· in huiꝰmodi verb̄ corri
pitur ut petiui· petitis· petitē petitur· appetitur
repetitur· cupiui· cupitis· cupite· cupitur· cō
cupiſcitis· concupiſcitur· contriui· conteritis
conteritur· acquiſiui· acquiritis· acquiritur·
laceſſiui· laceſſitis· laceſſitur· ¶ In iſtis ergo t̄
bus v̄bis ſcz cupio· peto et laceſſo· itis corripit̄
qn̄ ſūt verba· ſi vero fuerīt pticipia ab eiſdem
verbis deriuata· tunc itis in otio et ablcō pl'i

prod ucitur. vt habetur in canticis. fruamur
cupitis amplexibus ſic eciam participialiter
petitis. et laceſſitis. ¶ Item participia vel .no
mina in itus. venientia a verbis deponentali
bus. producunt. i. ante. t. vt potitus. a pocior.
molitus. demolitus. oblitus. ab obliui cor. vn
de verſus. denuncialis ſecundum greciſmum. Imme
mor oblitus. aſt oblitus eſt maculatus. Item
Eſt oblita deum m trix. eſt oblita ſorde. Sed
inde excipiuntur veritus. a vereor. fruitus. a
fruor. et que deriuantur a tuor. vt contuitus
intuitus. que breuiantur. ¶ Item compoſi
ta a citus breuiantur. vt oſcito. incito excito
accito. concito. que eciam poſſunt produci prout ve
niunt a cio quod longat citum in ſupino. et cieo bre
uiat citum. et ſic idem ponitur vt excitus accitus.
Sic eciam recenſitus idem ponitur. nam prout venit a.
recenſior quarte coniugacionis producit penultimam
ſed a recenſeor eris ſecunde coniugacionis corripit
tamen. et pro eodem ſenſu et iſte eſt cōior vſus Dec
huguicio in coniugatione cenſeo. ſimili modo poteſt hoc verbum
irritat poni moraliter. ſed ſub diuerſa ſignificacio
num. vt. Irritat euacuat. irritat prouocat iram.
Eodem modo hoc verbum condit ponitur idem. ſed eciam ſub
diuerſa ſignificacione nunc. verſus Conditur. vrbs. condit olus.
ſed condit a urum. Et ſecundum hoc eciam eorum deriuaci
ones debent corripi vel produci. ¶ Item compoſita a
lateo et niteo breuiantur. vt delites. relites. em
tes reitet prenitet. Sed a nitor et vito producunt

ut remitor permitor ꝛc̄ ¶ Item regula verba in ito ⁊ in itor desinencia penultimam sillabaꝫ corripiūt ut musito ossito agito. flagito clamito cogito debilito rogito minito. actito. queri to. sollicitor. sciscitor. ¶ Sed in ꝛ excipiunt̄ illa verba que formantur a supinis. itum productum habentibus. qꝛ talia penultimam producunt ut dormito as. rugito rugitas. mugito. vagito as. quibꝰ adduntur cōposita ab istis verbis mitor ⁊ vito ⁊ remitor. Et composita a cio que ponūt̄ ad placitum ut accito vl' accito ¶ Item ambitus potest sub duobus ꝓferri accentibus. Ambitus est nomē ambitus participans est. Item Ambitus hunc rapuit ambitus honoribus ut sit. ¶ Item ypoloritū scd̄m americū. huguiciōeꝫ et cathol'. producitur et huic opinioni cōsentit vsus coīor vn̄. Est locꝰ ypoliū. qd ibi dat̄ ypoloritū. Quidā vō alij volūt ut corripiat̄ scꝫ brachilogus. Sed siue producatur siue corripiat̄ sꝫ ī fine tn̄ scribi debet per tum ⁊ nō per cū.

I ante v producit̄ ut gigiua deniua. saliua oliua decliuꝰ ꝓcliuꝰ incentiuꝰ. abortiuꝰ estiuꝰ rediuiuꝰ diuua. omiuꝫo cōmiues. Et que a viuo ⁊ riuo cōponūt̄ eciā ꝓducūt̄ ut a uiuo reuiuo. deriuo prediues. Sꝫ ab ista regula excipit̄ hoc nomē minue ⁊ cōposita a bis ter ⁊ tris ⁊ vir. que corripiunt̄ ut biuiū. triuium semiuir cōuiuium ⁊ ⁊ huiꝰmodi. Item regula

Nominā propria hominum officiorū aut digni
tatum in ius terminata corripiuntur. ut gre
gorius. ambroſius. laurencius. librarius. inſir
marius. carpentarius. cancellarius. ꝛc̄

O āte. b. breuiatur. vt patrobas. iacobꝰ
orobus. Excipiantur ambobus. duo
bus. october. ¶ Item compoſita a glo
bo. et ꝑbo et probro breuiantur. ut conglobo.
agglobo. approbo. reprobo. exprobro

O ante. c. breuiatur. ut equiuocus. medio
cris. apoca. anthiochus. archilocus.
parochus. empedocles. ſtratocles. Itē
cōpoſita a iocor loco. doceo. ⁊ voco. eciā corri
piuntur. ut adiocor. coniocor. reloco. diſloco.
colloco. edoceet. euocat. reuocat. Verſus Collo
co que mea ſunt. cōduco que mea non ſunt
Item ꝓpria nomina barbarorum producuntur
ut winocus. iudocus. beocus. Similiter obliq
aliorum nominum habentes. o. ante c ut ferox
ferocis. velocis. atrocis. Capadocis. qđ a qui
buſdā poetis eciam ſolet corripi ſcꝫ a Iuuenali
⁊ oracio Item ſuffoco ⁊ prefoco ſolēt poī īdiffē
Vſꝰ Suffocat extiguit. ſuffocat guttura ſtrin
git Sꝫ papias. hugucō. brito. ⁊ catholicō ⁊ hē
ricꝰ de coloīa dicūt ꝯſū ſcriptū eſſe ſlm̄ ⁊ ꝙ nū
ꝙ̄ debeat corripi. ſꝫ ſemper ꝓduci. quod tenent
⁊ ꝯſeciūt eciā alij autores vt oracius ⁊ macer
Verſus Suffoco cum prefoco nūꝙ̄ breuiant ſo
Semper ſanx ſancis caput eſt nūꝙ̄ focus illis:

O ante d breuiatur. Et ea que cōponunt
pedes. odos et modus. ut tricopodes. tri
poda. metodus. patriodus. periodus.
exodus. ſynodus. Odos grece via latine. cuiꝰ
prima corripitur. ode āt eſt idem ꝙ cantus cꝰ
prima producitur ideo predicta ab odos et nō
ab ode componuntur. Amodo tantummodo
poſtmodum huiuſmodi. multimode queātmo
dum commodum. accommodo ¶ Excipiuntur
propria nomina que producunt ut lechodes he
rodes. et hoc nomen cuſtos cuſtodis melos me
lodis. ¶ Compoſita a nodo as et nodus prodo
rodo et plodo producuntur ut innodo inodat
pernodo. enodo. trinodis. et hoc trinode. Corro
do. erodo diſplodo. complodo. Sed cōpoſita
a fodio fodis breuiantur in pñti. ut cōfodis ef
fodit. perfodit. In preterito aūt producūtur
ut. ɔfodit effodit. perfodit In infinitiuo corri
pitur. ut pfodi.

O añ f breuiatur ut achitofel colofon. demo
fon. carpoforus.

O ante g breuiatur. Et cōpoſita a logos.
et rogo ut egloga. apologꝰ dyalogꝰ. ca
thalogꝰ. erogo. ſubrogo. prorogo dero
go. Excipiuntur que deriuantur a verbo ago
go. quod eſt duco ut anagoge. yſagoge. para
goge pedagogus. que pducuntur.

O añ l breuiatur ut ebolus. ſoboles. aureola

lanceola·ſcariola·vitriolum·et nomina dimi nutiua ī olum termīata. vt hoſpiciolū·oſtiolū brachiolum·alueolum·Et que componūtur a bola bolus·colo·dolus·et polis·eciam breuiā tur·vt ariſtobolus·crucibolum·thuribolū·ſy bolum·obolus·diabolus·P iſcolor·bicolor·vni color·tricolor·ſubdolus indoles·penthapolis decapolis·Similiter breuiantur que componū tur·a·colo is·doleo es·polo as·polus·polio· molo·as et is·oleo es·ſoleo es·a volo as·vt p colo·occolo·recolo·agricola·celicola·accola incola·condolet·perdolet·interpolo·interpo lus·depolio·depolis·repolio·repolis·immolo· immolor·cōmolo·commolis·emolo is equimo la·ventimola·Verſ9 Molior artis opus molo granū·mollio ceram·vt emolit·redolet·exo let·aſſolet·perſolet·inſolet·a volo·conuolo·e uolo·aduolo·Sed compoſita a colo as·ſolor·a ſtolon·a polo ideſt·vendo·a patroclus·produ cūtur·vt excolo as·percolo as·cōſolor deſolor Preſtolor indifīter ponitur·Verſ9 Preſtolor ex ſpecto preſtolor querere dico Itē violo a vio la·manent eciam ſub regula·corripiēdo penul timam.

O ante m breuiat vt ſodoma ſalomon Et que componūt a nomos vel thomos et domo et domo as vt yconom9 epythoma atis epithomor aris athom9 lathom9 igniuo m9 flāmiuom9 a ū lapiuom9 euomo reuomo

edomo. Sed que componuntur. a promo ꝓdu
cuntur. vt depromo expromo ¶ Item nomi
na neutri generis habencia o ante. m. produ
cuntur vt amomum. cīnamomum. pronomen
agnomen. aroma. aromatis. oroma. ydioma
periſoma holocauſtoma atis. Sed hinc excipit
onoma quod breuiatur qꝛ habet primum o per
adiectionem.

O an n. ꝓducitur vt amona ānonā ycona
verona. pepones caupona. ebrona. aſe
mona zephrona. Excipiūt bariona. mā
mona dyaconꝰ ātigonꝰ. criſogonꝰ. ſantonu ꝫ
theſiphōe ieplone q̄ breuiāt Et ntūs in is vt ſe
nonis redoīs. ꝫwedoīs. calcedoīs. naſoīs. ia
ſonis. thuronis. vͦ. Thuronis exulta. veniet t̄
glīa multa. Itē Calcedonis redonis. qꝫ vigent
ſepiſſiē donis. Itē vꝰ. Syndonis ē veſtis. ſydo
nis terra vocat. Itē ſardonis a ſardonix qꝛ cō
ponuntur ab onix breuiāt tm̄ adonis ꝓducit vͦ
Sardonice pingūt ametiſtina pingit et iaſpis.
Itē nomē gētibū regionū. vl' ciuitatū ſilr bre
uiatur. vt amazones. britones. friſones. ſaxo
nes. macedones. lingones. vangiones. calce
demones. vaſcones. mirmidones. ¶ Item no
mē tminatū ī o. ſi retinet o. in obliquis produ
cit. vt ſapo ſaponis. racionis. carbonis. ſermo
nis. collacionis oroīs. lcionis. compunctionis
Silr ꝓpa noīa ī o producunt vt hugo hugoīs
pharaonis. haymonis. cathonis. nero neronis

ligo ligonis prout eſt proprium nomen viri.
ſed ligonis put eſt nomiatiui caſus ſignificans
ciuitatem. corripitur Verſus Ligonis vrbs fer
tur. fit foſſa labore ligonis. ideſt illius viri. Sic
eciam dicitur ſymo . ſymonis . pro quodam ruſti
co . ſed ſymon ſymonis corripiendo o prout eius
nominatiuus terminatur in on Unde verſus Symo ſy
monis . vult ſymon ſymonis eſſe ¶ Item verſus
Obliquata per o longanda . per on breuianda
Sed hinc excipit alexander hoc nomen brito bri
tonis . quod corripit o in obliquis. ¶ Item obliq
nominum grecorum deſinencium in on aliquando
producuntur . aliquando corripiuntur . vnde priſti
anus In on genitiui greci penultima ſecundum
grecos . manente producta vel correpta pro
citur . ut calidon calidonis . orion orionis . quod
tamen a poetis indifferenter poſitum reperitur
et comunior vſus tamen producit . ſectando opi
nionem priſtiani et lucani Similiter producuntur
ſalomonis . ſampſonis gedeonis . agatonis ſer
pionis . triphonis . traſonis . ſydonis . naſonis
prout eſt proprium nomen hominis Unde verſus
Qui modo naſonis fueramus quinque libelli
Sed prout eſt proprium nomen loci corripitur
Similiter producitur hoc nomen phitonis . ſe
cundum mammotrectum ſuper totam bibliam et eciam
ſecundum bedam ſuper actus apoſtolorum quia licet tranſſumptiue capi
atur pro arte ſuſcitandi mortuos proprie tamen dicitur eſſe
ſerpens quedam immenſe magnitudinis quem apollo interfecit.

propt̄ qđ ipſe apollo dictus eſt fiton et ſic vi
detur eſſe ꝓprium nomē tam ſerpentis ꝙ apol
linis · vel eciam cuiꝰdā ciuitatis · et ideo penul
timā cum predictis nominibus producit ¶ Sed
breuiantur eciam quedā ut calcedonis · ſymo
nis zenonis a zenō · ſed ſeynonis · a ſeyno · iaſo
nis · ſyndonis philemonis quod tn̄ quibuſdā
magis placuit produci · mēnonis etc̄ Et nomīa
appellatiua eciam breuiantur · quorum nomi
natiuus in on · terminatur ut ycon yconis · ca
non canonis · demonis · ſtrimonis dyaconis etc
Item vꝰ · Eſt conos longum · dyaconis eſt bre
uiandum · Item compoſita a maneo · ſono
tono · eciā breuiantur · ut ammones āmonet ·
reſono · inſono perſona in imperatiuo ſed pro
ut eſt ſubſtantiuū fēi generis producitur · ut
perſona altiſonus · a · um · intono · attono ſemi
tonus · teutonus · Sed compoſita a dono as
et pono ponis · ꝓducūt · ut condono nat · redo
no · compono · expono · propono · Et ſimiliter
producitur hoc verbum racionor · et eciam cō
cionor · concionaris ·

O pan · p · breuiat ut caropos · calopes ſyro
pus ſynopis · Sȝ ide excipit alexāder
iſta ta noīa · aſopus · piropus et europa
que producūt · Quibus adiungit hoc nomen
canopus vl̄ conopus · qđ indifferenter ponit vtrū ·
Ut placet eſt canopꝰ · canopꝰ qđ ē curtat · Sȝ
catholicō et quidā alij dicūt ꝙ debeat produci

Vñ theodolus. Et ſubduntur ei. tocius regna
canopi. Item v9 Et velut aſopi. mediam pro
duco canopi. Et hoc ſeruat vſus coiorz. Itez
hoc nomen yſopus. eciam indifferenter ponitur:
ſed ſub diuersa significacionum. Vñ v9 Yſopus
eſt herba. yſopus dat bona verba. Item macer:
Eſt yſopum ſiccum. calidum quoqz tercius illi
Item aurora. Eſt viciis yſopus pectoris herba
medens. Sed brito catholicon et mammotrectus di
cunt ſemper eſſe producendū quia grece per ome
ga. i. longuz ſcribitur. Et idõ quiuis loquatur
ut plures ſapiat tñ ut pauci. quia Non eris illu
ſus, ſi dicis qd tenet vſus Artem diſcamus. v
ſum vero teneamus. Item compoſita a co
pos ſcopin et ſtrophos. breuiantur. ut ſincopa
apocopa. aſtopa. arthocopus. micrcopus ſyro
copus. epiſcopus. Anaſtropha. apoſtrophus:
diſtropos. philantrophos. Item obliq̃ habẽ
tes o añ p eciam breuiantur. ut echiopis: ſed
ciclopis. et cicropis producuntur vnde theodo
lus. Fulmĩa ciclopes. iouis imperio fabricañ
tes et hoc prout eſt gentile cõe. quia ſi ẽ ꝓpriū no
men tūc corripitur Itẽ cõpoſita a ſopio ꝓdu
cūtur ut cõſopis deſopis:

O añ. q. producit. ut alioquin qd Johãnes
de garlãdia brito et manutrect9 ſeu mã
motrect9 p totã bibliã ꝓducūt hoc idez
ſentit brachilogus et alexander in de primis ſil
labis ſic dicit O q corripitur ſz ꝯpoſitia notẽt

que ſecundum gloſam producūtur. ut alioquī
ſed vſus multorum contrarius eſt. q̄r ſepius
ſequi necē eſt. ¶ Item compoſita a cōquo. et
loquor corripiuntur. ut decoquō. excoquo pre
coqua. precoque. nomen eſt. alloquor. prolo
quor. obloquor. obloqui. multiloquus. vani
loquus. etc.

O ante r. breuiatur. ut anchora. delbora.
o ſephora. amphora. camphora. elleborū
mādragora. hermogoras. Et propria no
mina t'minata in forus. ut boſſorus. criſtoforꝰ
carpoforus. Excipiuntur mobilia ſeu deriuati
ua. que ꝑducuntur. ut aurora. canorus. ſono
rus. decorus. artorus. pelorus. et procorus. ꝓ
prium nomē. Similiter ꝓpria noīa in orꝰ. deſi
nēcia ꝑducuntur ſcd̄m grecū. ſed cōis vſus
corripit talia. ut pelidorꝰ. heliodorꝰ. theodorꝰ
autiſiodorus. caſſiodorus. yſidorus. octodorꝰ
et procorus. ¶ Itē obliq̄ ꝓ prior grecorū et ali
orū eciā breuiant. ut nychanor. nychanoris.
ſcd̄m autorē nr̄m ſcz alexādrū. q̄uis catholi. et
mām̄otrectꝰ et aurora. o. in obliquis ꝑducūt.
Vn̄. Symon permena. nycolaus cū nychanore
Item quidam alius, aſſenciens illi regule a
lexādri dicentis. Et quedā ꝓp̄a velut hectoris
aſſociāda ſic dicit vſus. Obuiat eſchimus. clipe
umq; nychanoris ictu. Enſe metunt dextram
linguāq; nychanoris hoſtes Et iſtud tenet vſꝰ
coīor corripiēdo huiꝰmodi ut nychanoris he:

toris. eupatorem. actoris. caſtoris ſaporis neſ
toris. philometoris cantoris prout eſt propriū
nomen vnde Cantoris eſt proprium. cantoris
non propriatur. ¶ Item propria nomina que
appellatiuis ſunt ſimilia apud nos ſicut appel
latiua producuntur in obliquis ut paſtor paſ
toris. victoris. ſed inde ut iā dictuz eſt excipit
hoc nomen cantoris. quod pro proprio corripi
tur. Itē nomē latinorū in or. maſculini. vl' fēi
vl' cōis gñis vbiqꝫ o ꝓducit in obliq̄s ut ſcrip
toris lcōris predicatoris rectoris doctoris colo
ris hūoris lāguoris decoris fulgoris. ſororis vx
oris. doctioris fortioris. Excipiūtur memoris:
equoris rethoris. caſtoris. marmoris arboris ⁊
cōpoſita a corpus ut bicorpor tricorpor ⁊ mā̄r
cipor ⁊ publipor ¶ Itē nomen neutri generis
in vr aut in us deſinēs corripit o ante. r. in obli
q̄s ut femoris fenoris leporis nemoris. decoris
a decꝰ ſed decoris a decor vn̄. Coēm decorē. ſed
marem dico decorem. Item vſus Hunc hoīes
decorant q̄ꝫ veſtimenta decorant. pignoris fa
cinoris iecoris. eboris roboris. ⁊c̄. Et generalit
ſcd̄m qd verbum in oro variat ſic eciā gtūs in
oris qm̄ ſic memoro breuiat ſic eciā gtꝫ memo
ris. Et ſicut honoro producit ſic eciaz gtūs ho
noris. ⁊ Sicut eciā hoc verbū decoro ⁊ dedecoro
ꝓducit ⁊ corripit ſcdꝫ diuerſā ſignificacōez ſic
eciā gtūs decoris ⁊ dedecoris variabit. Itē cō
poſita a foro ⁊ foris moror vl' voro ⁊ mori i inſi

nitiuo breuiant̄. ut pforo cōforo. biforis. nomī
deforis. aforis. pforis. pforis aduerbia cōmoror
īmoror. demoror. cōmori. em xi īmori. Sʒ cōpoſita
a morus. floreo. oro as. ploro. et roro as. pdu
cūt ut ſicomorus. defloret. refloret adoro. exo
ro. imploro exploro irroro. ignorat.

O ante s. producit̄. ut aloſa. toloſa. Excipi
tur coloſis. qd breuiat̄. et coīt ppa noīa
ut hyſboſeth. myphiboſeth. Itē oīa no
mina mobilia ſeu abſtracta ī oſus. deſinēcia p
ducuntur ut aīoſus. zeloſus. ſtudioſus. flagi
cioſus. formoſus. gcioſus. curioſus. ſaxoſus.

O ante t. producit̄. ut aſotū. carnot9 egro
to egrotat. deuot9. ydiota melota. ce
rotū. ētotū. bootes. zelotes ſcariotes. et9. Er
go ſonāda notes. ut zelotes ſcariotes. Sed alij
corripiūt ſchariotes Unde Schariotes breuies
ſic ſemper barbara ſignes. ¶ Et ideo de iſto no
mine ſeruandus eſt vſus loci. ¶ Plures tamē
autores iſtud nomē magis corripiunt qz produ
cunt. ¶ Item nomina hñcia o. ante t. ī obliqs
pducūt. ut ſacerdotis nepotis. rinocerotis Ex
cipit̄ cōpotis. īpotis. que breuiāt Silr ſolent cor
ripi cōpoſita a doten. noto potens pocio pote et
quotus. ut antidotū ānoto denoto. cōpotēs im
potēs. oīpotens. cōpocio cōpotis tire īpocio īpo
tis tire utpote aliquotus Sed compoſita a poto
voto noteo. vl' ptotō et oīa ſupīa ī otū cū ſuis

deriuatiuis. producuntur ut epoto epotat com
poto. innoteo innotes ignotum otus agnotũ
otus deuotuꝫ otus. deuoto as. dipto tõ amo
tũ amotꝰ. Aliqua tñ iſtoꝝ ſcꝫ poto et ptotõ v
ſus breuiat tñ grece producũtur.

O ante v. breuiatur. in iſtis compoſitis fo
ueo. voueo. moueo. nouo ut refouet re
foue. ↄfouet. deuouet reuouet remouet
commõuet. promouet. renouo innouo. Sed tñ
preterita eorum producuntur. ut deuoui. pro
moui. ⁊cetera.

V Ante. b. breuiatꝛ. ut corduba. lugu
bra. coluber. delubra. lugubre. v
lubre. accubus. ficubus. artubus.
acubus. tribubꝫ. verubus ſpecubus
⁊cetera. Et compoſita a cubo as. et cubus. ut
incubo. incubꝰ. accubo. accubat. ecubus.
Item v̓ba cõpoſita a rubeo. et nubo. ꝓducũtꝛ
ut erubeo. erubes. connubo. innubo. prenubo.
obñubo. Sed noĩa cõpoſita a nubo breuiantꝛ
ut innuba. pronuba. Innubis. penultima lon
ga. a nubes. Siľr producuntꝛ que componit pu
bes. ut impubes ĩpubis. eris. impubeo. impu
bes. Siľr ꝓducitꝛ hoc nomẽ ſaluber. ſalubris.
ſalubre. Item hec dictio vbi ĩ cõpoſicõe breui
atur. ut ſicubi. acubi nuncubi. alicubi ſedubi
ſed extra cõpoſicõeꝫ ſũt duo accentus.

V añ c. ꝓducitꝛ quociens deſinit in cus.

in ea· vel in eum· ut ſambucus· caduceus· eunu chus· eruca· lactuca· carruca· Obliqui de pol lux· et allux· ſimiliter producuntur· ut pollu cis· allucis· Sed volux· tradux· et redux breui ant ucis· vnde quidam· Volucis a volux vult inter barbara poni· Allux· et pollux bene decli nantur in ucis· Item volucer et volucris et vo lucre· et inuolucrum· cri corripiuntur· Itē compoſita a duco is· et luceo es· et lucror produ cūt· ut adduco· reduco· ſeduco· deduco· dedu cit· illucet relucet relucror· quibus adiūgitur hoc vbum māduco· Sz cōpoſita a duco as· ſi q̄ ſunt breuiātur ut educo educat· Sz noīaliter poſituz ſemp corripitur· vn̄ Docto credo duci ſi vis ab eo bn̄ duci· Inde tradux traducis ad iectiue·

Vañ d· producit· ut gratitudo· fortitudo testudo· Et per regulam cōcludendo· oīa noīa i tudo deſinēcia producūt quot quot ſūt vt egritudo valitudo pulcritudo ha bitudo· zc̄ huiuſmodi· Et ſilr oms obliq̄ i udis ut palus paludis· incus īcudis· altera longa ſecūdum alexandrum ſtachium brachilogū· et alios Sed quorūdam vſus corripit licet nulla autoritas· et ideo quidam hos vſus compoſuit·

Incus in cliuis habet incudis· in geminis·
Fabri xantenſes cudunt incudibus enſes·

Sed hinc excipitur hoc nomen pecus pecudis

feminini generis quod corripitur Item cõpo
ſita a fundo tundo in preterito claudo ludo
nudo ſudo trudo cudo et rudo et prudens pro
ducuntur. ut confudi. effudi. infudi. contudi. cõ
cludo illudo deludo. alludo denudo enudo deſu
do. inſudat obſudo. perſudus. intrudo. extru
do. incudo. excudo. imprudens. Sed compoſi
ta a pudeo pudet. et erudio. erudis. breuiant.
ut depudeo depudes. depudet prepudes. diſpu
det. depudens impudens. Et ſimiliter pudor in
compoſicione. ut prochpudor. et preteritum a
tundo tutudi.

U ante. f. producit ut ſubrufus.

Uan g. producit. ut albugo aurugo erugo
lanugo Et compoſita a mugio rugio. ru
go ſugo eciã producũt ut emugit. admu
git. abrugit. arrugit. corrugat. exſugo Sed
ſanguiſuga. ab alexandro excipitur. quod de
bet corripi. vñ alexãder Sugo producis. ſꝫ ſã
guiſugam breuiabis. Et alius quidam. Vix ca
pit ãguillas. qui ſãguiſugas timet omnes Et
ſimiliter brito. hoc idem affirmat quis catholi
con. et mãmotrectus eius penultimam produ
cant. Vſus tñ color magis corripit q̃ pro du
cit. Sed compoſita a fugio. fugo. et iugo. bre
uiantur. ut effugio. effugis. perfugis. perfu
gio. refugis. confugis. confuga. cõfuge. affu
go. confugo. diffugo. profugo. profugus.

cōiugo diſiugo ſubiugo cōiugis. Siḱr obliqui noīm. ut cōiunx diugis. Et preteritum a pungo. ut pupugi.

Vañ l breuiatur. ut hercules anulus cotul9. tabula vſula tumulo vlulo. vapulo. populus. zabulon. ſigulus. tribulus copulo. Et generaliter omnia noīa deſinencia in vlus aut vla. aut vlum. et verba in vlor. aut vlo. ut tribulo vapulor ꝛc. corripiunt̃ ut cuculus nebula ſpeculum vmbraculum. Sȝ getulus et adulor. excipiuntur ab alexandro que producuntur Et ſimiliter deriuatiua tercie declinacionis. ut torcular tribulis cōtribules edulus. v9 Dat tribulo tribules. gn̄at tribus vna tribules. Sed ſpecular ſolet breuiari. qꝛ apocopatur a ſpeculare Vnde hiſpanus Dat ſpeculor ſpecular formatqȝ ſpecuqȝ ſpecular. Ab qȝ ſpeculari ſpeculabor in hec ſpeculari Item ntūs in ul corripit v ante l in obliquis. ut preſul preſulis cōſulis exulis ſaulis. Sed aurora et cathol̄ producunt penultimā huius noīs ſaulis Vn̄ aurora Omnem precedens populum ꝑſona ſaulis. Declinante dauid non adnt haſta ſaulem. Gelboe ſiccantur montes. pro morte ſaulis. Verumptamen mammotrectus et vſus communior pocius corripit q̄ꝫ producit ſ

Vañ m ꝓducitur ut celeuma acumē. cacumē. argumē. bitumē. legumē volu

men. Et compoſitā a plumo plumeo. ſpumo.
fumo fumeo. humeo et fumo ſimiliter producūt
ut explumo. deplumo. conſpumo. exſpumo.
infumo ſuffumo. refumo. cōfumo. aſſumo. re
fumo. ¶ Item verbum deſinens in umus bre
uiatur. ut aſſumus. poſſumus. volumus. que
ſumus. ¶ Item cōtumax. autumo as. incolu
mis. columen. nocumen. aſtuma. cucuma cu
cumis breuiantur. Et hoc nomen cucumer. po
nitur indifferenter. vnde ¶ O lector cucumer bene di
cis ſiue cucumer. Sed alexander videtur pocius
producere. verſus. Fercibus hoc tre dat tercia deme
cucumer.

Vān. n. producitur. ut lacuna. lacunar.
ieiunus. neptunus. tribunal. tribunus
immunis. īpune. fortuna. Et cōpoſita ab
vno as. et vnio is. ut aduno. adunat. counio.
counit. adunio. adunis. etc.

Vān. p. breuiatur. vt hupupa aucupis. lo
cuples. decuplo. quadrupes. Et cōpoſita
a cupio capio. ſtupeo. ſtupro. et duplo.
eciam breuiātur. ut cōcupis. occupo. nuncupo.
aucupor. obſtupet cōſtupro. reduplo ſemidu
plo. ſemiduplex. Excipiuntur. cōpoſita a ſtu
po as. ſi qua ſunt. et preterita verborum que pro
ducūtur. ut dirupi. erupit.

Vān. r. producitur. ut armatura. lotura ſa

tura. ſubura eppycurus. ſiluſus. palurus. paſt
urus ſecurus. ſecuris. tritura. trituro as. arc
turū Excipiūtur cethura. purpura lemures
bithuris. bethſura q̄d tn̄ aurora producit v̄9
bethſurā q̄ capit. ihrl'm q̄ capit. Et hoc hiſpa
nus. ſamius eſſe dicit. Sed mammotrectus cor
ripit more latino. ¶ Itē v̄ba meditatiua ᷓ que
hn̄t formā cōſilē corripiūtur ut parturis par
turit lecturis. eſuris. Similit̄ obliq̄ noīm in ur.
ut augur auguris. ſatur ſaturi. ligur liguris
tibur tiburis. fulgur fulguris. Sed tellus pro
ducit telluris. Item verba a quib9 nomīa ve
niunt. que corripiūt obliquos breuiant̄. ut ſa
turo. ᷓ fēmina ut ſatura auguror. fulguror.
murmuro. ¶ Itē cōpoſita a duro. curo. iuro.
puro vro. producūtur. ut accuro pcuro. pcu
rat. perduro induro cōiuro. adiuro. depuro cō
buro. exuro.

Vañ. ſ. producitur ut illuſus. meduſa. ce
ruſa. vn̄9 diaȓ. Fert cereſus cereſa. ſa
ciē polies q̄ ceruſa. Et compoſita a cuſo
ut accuſo. excuſo. recuſo.

Vañ t producit̄ ut cicuta. aſtut9 cornut9
argut9 v̄ſut9. Sil̄r obliqui. ut virtutis
ſalutis. Excipit̄ itercutis ſbtercutis. et
arbut9 q̄ breuiant̄. Itē cōpoſita a ſuto glucio
nutrio. mucio muteo muto. ſcrutor. ᷓ vtor et
ſupinum a pluo et buo ᷓ duo is. producuntur

ut refuto·refutat·confutat·deglutis· preglu
tit enutris· enutrit·immutes·commutet· ob
mutet·commuto·permuto·permutat· immu
tat·perſcrutor·abutor·coutor·et in ſupino cō
plutum·utus imbutus·delibutus·indutus·
Sed compoſita a cutio·puto·et rutum ſupi
nū a ruo· et ſicut et velut et alter·breuiant vt
percutis·concutit·amputo·ſupputo·deputo·
dirutum·erutum·obrutum ſicuti veluti·alter
uter·et cetera·

Tamen v·breuiatur·ut adiuuo·

¶ Explicit de accentibus·

¶ Incipit de preteritis diſſillabis·

Item eſt regula quedam de preteritis verborū
que talis eſt· Omne preteritum diſſillabum
producit primam ſillabam ut moueo·moui te
ro·triui· Vnde in compoſitis illud preteritum
ſeruat illam eandem ſillabam longam ut com
moueo·commoui·contero contriui· Excipi
untur ab iſta regula preterita que habent vo
calem ante vocalem·ut rui·fui ſpui·que in cō
poſicione cum eiſdem verbis corripiunt eandem
vocalem·ut corrui·affui conſpui· Excipiūtur
eciam ab iſta regula verba preterita bibi a bi
bo·fidi a findo·ſcidi a ſcindo·dedi a do as·ſte
ti a ſto ſtas ſtare·tuli a fero fers fert·que per ſe

habent primas· breues in verſu· et in cōpoſi
tis penultimam breuem· ſiue prima vocalis re
maneat ſiue mutetur vt imbibi· circumdedi·
circumſteti· cōdidi· abſcidit· et contuli· ¶ Itē
Omne preteritum geminatum corripit duas
primas ſillabas vt tundo· tutudi cado· cecidi·
diſco· didici· tango· tetigi· et ſic penultima ſp
corripitur in ſimplici et compoſito· Et ſiue abi
ciatur prima ſillaba de gemīatis ī compoſiciōe
ſiue remaneat penultima tamē ſemper corripit
ut concidi· contudit· predidici· circumdedi, cir
cumſteti· Excipiuntur· illa que habent poſicōꝫ
ut mordeo momordi· curro· cucurri· ſpondeo·
ſpoſpondi· que producunt penultimam tam ī
ſimplici quam in compoſito· Excipiuntur eciā
duo verba ſine compoſicione vt cedo cecidi· ꝑ
ferire· uel incidere· pedo· pepedi· pro turpi ſono
emittere· que producunt penultimam in ſimpli
ci· et in compoſitis· ut concido· concidi· excido
excidi· media producta ¶ De ſupinis

¶ Item regula Omne ſupinum biſillabum· ꝓdu
cit primam· ut motum· tritum fletum· et ↄpo
ſita eorum penultimam ſimilimodo producūt·
ut commotum· contritum· defletū· Excipiun
tur iſta ſcꝫ itū· ab eo· quitū a queo· datum· a
do· ſtatum· a ſto· citum a· cieo es· ſecunde ↄiu
gacionis· ſitum· a ſino· litum a lino linis· ſatū
a ſero· ratū a reor rutum a ruo que omīa ī ↄpo
ſitis breuiant penltiaꝫ· ut exitum neqtū ↄcitū

illitum · interlitum · dirutum · obrutum · circū datum · obstitum · ac̄ et ſic de alijs · Excipitur ambitum ab eo quod producit penultimam in quantum eſt ſupinum vel participium ·

De deriuatiuis ·

Item regula generalis · de dictionibus deri uatiuis · Omīs dictio deriuatiua q̄ꝫ diu ſeruat lrāturam ſui primitiui · ſeruat pariter ꝛ quan titatem in ſill'is · Pro qua regula tria ſunt con ſideranda · Primum a qua parte ſit deriuacio an videlicet a pn̄ti · preterito vl' ſupino · an ab alia parte alterius partis · Sc̄dm quantitas vocalis que ē in primitiuo · qꝫ tāta erit ī deriua tiuo · Tercium ſi conſonans poſt vocalem mutatur · Nam ſi aliqua iſtarum defecerit · nō reqritur · deriuatm̄ eſſe eiuſdeꝫ qn̄titatis cum ꝑmitiuo · Exēplū ut moueo ē ꝑma breuis · et motabile prima longa qꝛ deſcēdit a ſupino mo tū · qd eſt ꝑma longa Et nec eadem cōſonans ſeqt̄ vocalē in deriuatiuo ꝛ ſic de alijs

De compoſitis ·

Item de ꝯpoſitis ē tal' regula · Omīs dictio cō poſita ē eiuſdē quātitatis in ſill'is · qn̄ta ē ī ſim plici · licet eciā vocalis mutet̄ ī ꝯpoſito · dūmodo tn̄ eadem cōſonās ſequit̄ vocalē in compoſito · que ſequebat̄ in ſimplici · nā noua conſonans mutata in compoſito ſepe mu tat eciam quanti tatem et cetera

¶ De muta ⁊ liquida.

¶ Jtē de triſſillabis dcōibus. habētibus mutam
⁊ liquidam in medio dcōnis. talis eſt regula
Vocalis precedens mutam ⁊ liquidā in dictiōe
triſſillaba. ſi ipſa naturalit̄ eſt longa nūq̄ debet
propter mutam ⁊ liquidam breuiari. ut cōtra
tres. commatres ſalubris. octobris adiutrix
quadriga. ſupremus. que ſemper producunt.
Si vero vocal̄ pcedēs mutā ⁊ liqdā ē naturali
ter breuis q̄uis ī metro propt̄ mutā ⁊ liqdaꝫ
poſſit produci tn̄ in proſa ſꝑ penultīa ē breuiā
da. ut tenebre. latebre. faretra. feretrū. cere
brū lauacrū. volucris. delubris. fabrica. inte
grum. aratrū. lugubris atriplex. podagra ca
thedra. mediocris. ⁊c̄. huiꝰmodi que ī proſa ſē
per ſunt breuiāda. ¶ Jn ſequētibus dcōibus
eſt. ⁊ poteſt eſſe dubiū ⁊ varius uſus diuerſoꝝ
in accentibus quō videlicet ipſaꝝ penultima
debeat accentuari. Et ideo ſaluo iudicio meliꝰ
ſencientium poſſunt ſic licenter. ut hic apiſica
te ſunt proferri. in quaꝝ multis tm̄ vera et ir
reprehenſibili arte recenta. in quibuſdā vero
vſus cōis tm̄ obſeruatur. licet hec eadem clari
us ſupra accentuantur q̄ꝛ hic ⁊ ſūt iſte ¶ Aba
garus. ¶ Abſcide a cedo ¶ Abſcide a ſcindo
Abſcidit a ſcido ¶ Abſcidit a cedo ¶ Abintus.

¶ Expliciūt regule de accētibꝰ p̄teritoꝝ ſꝫ primo
ꝝ deriuatiuoꝝ ⁊ ꝯpoſitoꝝ.

[illegible] et tempus [illegible] et [illegible] tempus [illegible]

[illegible] p[illegible] et [illegible] ad quod [illegible] et tempus [illegible]

[illegible] olimpiade et tempus [illegible]

ſermonis tui principalr ad noſtra
rina ... ſut ſcripta. Primū ē
... ad credendū. Ioh̄ ꝙ hec
ſcripta ſut vt credatis q̄m iheſus
filius dei et vt credētes vitā habeat
ne eius: quia fides eſt fūdamētū
utis. Aug⁹ fides eſt oīm bonorū
amētū. fides eſt humane ſalutis
ū. ſine hac enī ad filiorꝝ dei nume
nemo poterit peruenire. Ad h̄c
m Impoſſibile eſt ſine fide deo placē
ia ſi aliquis tot bona facēt ſine
ꝗ facit totꝰ mūdꝰ nō tamē ꝓpt
habet regnū celorꝝ: ſed pro vno
er noſt ꝗd dn̄i ī caritate et ī vera
e maius p̄miū ide reciperet ꝙ
oīb⁹ opib⁹ que poſſet face extra
em. Et quilibꝫ xpian⁹ nō debet
itare ī hijs que ſūt fidei. ſed
miter et cōſtāter credē oēs arti
os fidei. vn̄ dicat ī ij decr. Con
ūia fidei debet eſſe tāta ꝙ prius
erat vitā ꝙ fidē. Exēplū ad cō
mādū fidem catholicā quere ī ꝓmptꝰ
Secūdo ſūt p̄cepta diuina ...
unda de hijs p̄ceptis habet exodi
vbi agit de p̄ceptis ī duab⁹ tabul
ptis digito dei. Vnde hic q̄ritur
ī quilibꝫ homo teneatur ſcire pre
ta dn̄i Reſpōdet ꝙ quilibꝫ homo
ibus tenetur ſcire p̄cepta dei ad
s īplicite ſcꝫ ꝙ hoc ſit p̄ceptū dei

p̄cepta ſut ſcripta per decem digitos
ī manibus nr̄is et ī pedibus ꝑ decē
peditas ne obliuiſcamini p̄cepta nob
data. Tertiū ſūt p̄ctā mortalia ad
cōfitēdū de p̄teritis et cauēdū de f...
et merito quia vnū p̄ctm̄ ē grā
omni metallo. Vn̄ ſi probatum ...
oēs mōtes eēnt plūbei et ſuper
vnū caderet nō poſſent ... tū ad
trahere. Sed peccatū mortale it
poderoſū eſt ꝙ ī momēto illud t...
nobiliſſimū ſpiritū ſcꝫ luciferū ...
luce x. Videbā ſathanā ſicut fulgur
de celo cadentē: ſic etiā oēs p̄tōres
trahūtur ad īfernū ꝙ cito aīa ſepat
a corpe. Iob xxi In puncto ad īfer
deſcendent. Vn̄ hic q̄rit quid ſit p
mortale Reſpōdet ſm̄ aug⁹. Eſt dic...
uł factū uel cōcupitū cōtra legem
dei. Et ſcꝫ thōs 22 q 3. peccm̄ mortale
tollit ſpūale vitā que eſt per caritatē
vnde illud p̄ctm̄ ē mortale ex ſuo
gn̄e qd ſm̄ ꝓpriā racionē cōtraria
caritati Sꝫ tn̄ ī oībus p̄ctīs que
ſm̄ gen⁹ ſūt mortalia cōſiderādū
ē ꝙ nō ſit mortalia niſi ſuam
perfectionē cōſequat ſcꝫ ex cōſēſu
racionis vn̄ fit idpacio p̄cti ī ſola
ſēſualitate et nō pertigit vſqꝫ ad
cōſēſum racionis. ꝓpter ipſ...
actus eſt p̄ctm̄ veniale ...
motibus cōcupiſcēcie. ve. ...

Cum unusquisque nostrum pro se reddi
turus est racione de cogitacionibus suis
sap. vi In cogitacionibus impii interogacio
erit It de verbis mt xii de omni verbo
ocioso quod locuti fuerint homines etc. de opibus
eccl. xi Cuncta que fiunt adducet deus
in iudicium Unde anselmus de silitudinibus
O quanta angust... A dextris erunt peccata
accusancia. a sinistris infinita demonia.
subtus horrendum ... inferni. desuper
iudex iratus. foris ... mundus ardens.
intus consciencia urens ibi iustus vix saluabitur
Heu miser peccator sic deprehensus ubi fugiet
latere erit impossibile apparere erit
intollerabile tunc enim possunt dicere montibus
cadite super nos etc. Ostendendum quod
utile est homini cogitare extremum iudicium
Unde ber. Nulla res sic a peccato praeservat
immunem sicut terror supplicii vel iudicii
et amor dei Multum sunt exempla sanctorum
ad imitandum. Unde grego. Ad ostendendum
innocenciam venit abel. ad docendum mundiciam
... enoch. ad insinuandum longanimi
tatem spiritus et operis venit noe. ad ...
ad dandum obedienciam venit abraham.
ad ostendendum coniugalem vite castimoniam
venit ysaac. ad insinuandum laboris tolle
ranciam venit iacob. ad ostendendum man
suetudinem venit moyses. ad insinuandum
... ...sa fiducia venit iosue. ad
... inter flagella pacienciam venit iob Sic

... ...
humilitatis alium feruencius
multe mansuetudinis.
... et pietatis ...
tione frequenter excedere alium ...
austicia celos penetrare. de qu...
tamquam apes quod melius inuenimus ...
nostri alucolo comportemus. Unde hu...
claustro anime libro tercio Sic ...
vita coram hominibus hoc autem sufficiat ...
misericordia in effectu. humilitas ...
modestia in habitu. paciencia in ...
in tribulacione leticia. Unde eciam ...
exempla Cuiuis exemplum vere humilitatis
perfecte caritatis ostenderis ...
et pro mentis eterna premia possidebit
benedicta anima illa a domino cuius ...
alterius confudit superbiam. cuius paci...
extinguit inuidiam. cuius obediencia
ciam alterius tacite increpat. cuius
... tertiam alieni corporis ...
Ait ysidorus in libro soliloquiorum Sit
tuo grauitas. in motu simplicitas
in incessu honestas nichil dedecoris
lasciuie nichil petulancie nichil ...
nichil leuitatis in tuo incessu app...
Dextrum est iehenne supplicia. iob
Scribis enim contra me amaritu...
De amaritudine illarum penarum ...
Una stilla iehenne ignis plus ...
peccatorem quam si mulier in dolore ...
mille annos perduraret ...
minima pena inferni maior ...


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19


Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

…a in terra dño. Bnd fontes
…ia et flumina dño. Bnd ce…
…omnia que mouentur in aquis dño
…nes uolucres celi dño. Bnd omnes
…e et pecora dño. B filii hominum
…Benedicat israel dño laudate et sup
…altate eum in secla. Bnd sacerdotes dni
…B serui dño. Bnd spc et anime ius…
…dño. B sci et humiles corde dño. Bnd
…anania azaria misahel dño. laudate
…p exaltate eu in secla. Bndicamus
…trem et filium cum sco spu. laudem
…p exaltem eu in secla. Benedictus
…ne in firmamento celi. et laudabilis
…loriosus. et sup exaltatus in secla. ps.
Benedictus dominus deus israel
quia uisitauit et fecit redempti
onem plebis sue. Et erexit cor
…salutis nobis. in domo dauid pu
…su. Sicut locutus est per os scor
…a seclo sunt pphetar eius. Salutem
…inimicis nris et de manu omnium

Isto die apl'ic p totã eb
doz seruãd e pt qd
aliis diebz d oro de
die videlicet.
Ds qui hodierna die
corda fidelium. Inuit
Alla. Sps dni repleuit
orbe terrar uenite adore
mus alla. Venite. i. i. …
…ente de celo so…

pleti s omo spu sco et
ceperunt loqui alla. A
Fontes et oia q mouent
in aqs ymnu dicite deo
alla. A Loqbat uariis
linguis apli magnalia
dei alla alla alla Cap
Du splerentur dies
penthecostes erant
omnes discipuli pariter